

Va. 100.



2

JURA SUCCESSIONIS
IN
DUCATUM
MEKLENBURGO.
GUSTROVIENSEM

Serenissimo

ADOLPHO
FRIDERICO
II.

DUCI MEKLENBURGICO
Competentia,

AB

Impugnationibus, Strophis, cavillis,
falsisque suppositis Adversa-
riorum,

*Quibus oppressâ veritate, publico non minùs quàm ipsi excelso Consilio
Imperiali Aulico hætenus obreptum,
vindicata.*

ANNO O. R. M. D. CC.

JURAMENTO
MEXICANUM
GUSTAVO
ADOLPHO
MEXICANO
DUCI MEXICANURGICO
ANNO O.R.M.D.CC.



Serenissimi
ADOLPHI FRIDERICI
Ducis Meklenburgici

Jura successionis in Ducatum GUSTROVIENTEM,
varijs scriptis jam asserta

*Septem potissimum impugnari videntur rationibus,
desumptis*

- (1) Ex diplomate Caroli IV. Imperatoris de Anno 1377.
- (2) Ex litteris Investituræ antiquis.
- (3) Ex testamento Ducis Johannis Alberti I. de Anno 1573.
- (4) Ex pactis familiæ sive Receptu divisionis de Anno 1621.
- (5) Ex litteris investituræ novissimis de Anno 1693.
- (6) Ex transactione Lubecensi de Anno 1697.
- (7) Ex decisione Judicij Imperialis Aulici in possessoriolatâ.

CAP. I.

De Diplomate Caroli IV. Imperatoris.

Postquam Carolus IV. Imp. Anno 1348. Albertum & Joannem fratres de Magnopoli Principes & Duces Megapolenses creasset, hi elapsis postea 29. annis, nempe Anno 1377. eundem Imperatorem supplices rogarunt, ut Dominium Stargardiæ, quod tanquam feudum à Ducatu Meklenburgico separatum Dux, Joannes possidebat, eidem Ducatui uniret: cui desiderio Imperator eodem Anno 1377. gratiosissimè annuit his verbis: Insuper ad Sacrum Romanum Imperium gloriosius honorandum, Ducatusque Magnopolensis ditionem & limites latius dilatandum, ad dictorum consanguineorum nostrorum (fratrum ALBERTI & JOHANNIS) Ducum Magnopolensium supplicem rogatum de Imperatoriæ potestatis plenitudine Dominium Stargardiæ, quod ijdem Duces à Nobis & Imperio Sacro tenuerunt hactenus & tenent in feudum, eidem Ducatui univimus & univimus perpetuò per præsentis, ac idem Dominium Stargardiæ & etiam universas & singulas terras, civitates, castra, & Dominia eorum superius expressa, & quæcunque alia, quibusvis etiam nominentur vocabulis, quas & quæ à Nobis & Imperio Sacro tenuerunt & tenent in feudum, cum omnibus & singulis juribus, proventibus & pertinentijs suis, nec non pleno Dominio, ac mero & mixto Imperio, in verum Principatum, & Ducatum Magnopolensem ereximus, creavimus, insignivimus, & etiam præsentibus decoramus, à Nobis, Sacro Romano Imperio & Successoribus nostris Romanis Imperatoribus & Regibus in verum illustre feudum *ac solidum & indivisum perpetuò Principatum & Ducatum Magnopolensem.*

Jam quæ mens sit hîc & intentio Imperatoris, satis clarum est & perspicuum. Nimirum ad instantiam dictorum Ducum Alberti & Joannis, Dominium Stargardiæ cum Ducatu Meklenburgico ita conjunxit & univit, ut impostero ceu pars integrans feudi Ducalis Meklenburgici ab eo separari aut alienari nequeat, sed apud hæredes & successores legitimos Duces Magnopolenses in perpetuum permanere debeat. Neque tamen inde, aut ex verbis allegatis finalibus sequitur, Carolum Imperatorem voluisse, ut ipse Ducatus inter dictos fratres eorumque posteros dividi non possit, sed apud unum solum Principem, nempe Ducalis familiæ primogenitum semper indivisus permanere debeat, hoc enim falsum & planè erroneum esse, sequentibus evincitur solidissimis argumentis.

(1) Quia ab indivisibilitate (si respectu Dominorum Ducum talis adfuisset) ad primogenituram per se nulla est argumentatio, quoties sc: duo aut plures de eodem feudo simul & æqualiter sunt investiti. Talis enim investitura naturam feudo divisibilem imponit, ita, ut unicuique feudum pro virili concessum dicendum sit per jura notoria. Id quod

(2) In hoc nostro casu eò minus dubij habet, quia Ducatus illo ipso anno, quo litteræ Imperatoriæ dabantur, & dudum antea, actu divisus erat; Albertus enim partem Suerinensem, & Joannes Gustroviensem possidebat: quæ divisio 25. retrò annis, nempe 1352. jam facta erat. Quod autem actu divisum est, id pro indivisibili per rerum naturam censeri non potest.

(3) Si intentio Imperatoria fuisset, Ducatum perpetuò & absolute indivisibilem efficere, eò nempe effectu, ut primogenitus solus integrum Ducatum possidere, id disertè fuisset exprimendum, & Ducatus ita unitus uni soli Principi conferendus. Jam verò, cum duo fuerint Duces, Albertus nempe & Joannes fratres, ac Ducatus in utrumque æqualiter, nulla & ne minimâ cum prærogativâ Senioris præ Juniore fratre collatus sit, absolum sanè est, jus inde primogenituræ, aut Ducatum absolutam indivisibilitatem velle præten- dere aut evincere, quia juris primogenituræ forma essentialis in unitate consistit, ita ut unus solus Princeps, reliquis omnibus exclusis integraliter succedat, & regimus socium seu parem non admittat.

(4) Nec voluit imperator, ut alterò fratrum extinctò, alter exclusis fratris hæredibus, solus in toto Ducatu succederet, quia de hoc in diplomate ne jota quidem reperitur, immò contrarium potius apertè ex eò evincitur, quod non solum fratres Albertus & Joannes, sed & NB. eorum hæredes & successores legitimi Duces Megapolitani expressis verbis sunt investiti.

Accedit (5) quod præter divisionem inter dictos fratres jam tum temporis actu factam & exercitam, constans & perpetuus usus trium sequentium, & quod excurrit seculorum, (dum nimirum quovis tempore duo, aut plures interdum Principes regnantes extiterunt) sensum diplomatis Carolini, etsi per se satis apertum, abundè declaret, & ita explicet, ut præensum jus primogenituræ non minùs, quàm

quàm absolutæ indivisibilitatis penitus tollat & evertat. Qualis usus, praxis, & antiqua observantia cum unica regula & norma sit, ad quam jura successuum in feudis Imperij mensurari, & dijudicari debent, mirum, immò inauditum est, divisionem Ducatus Meklenburgici tam alto radicatum fundamento, nunc demum impugnare velle.

(6) Et ne quis objiciat, ejusmodi divisionem liberæ voluntatis, non necessitatis fuisse, exempla domûs, capite sequenti pluribus explicata, docent, quoties primogeniti cum secundogenitis dividererecuserunt, toties divisionem ab Imperatoribus ipsis imperatam fuisse. Sic enim Carolus V Anno 1527. Henricum, sic idem anno 1553. Joannem Albertum compulit, ut cum fratribus, ille nimirum cum Alberto, hic cum Ulrico, dividerent.

(7) Quoties autem reliqui Duces proximè elapsis seculis spontè, & divisionis necessitatem ultrò agnoscentes inter se diviserunt, toties divisionum Recessus ab Imperatoribus sunt confirmati, imò ipsis Investiturarum litteris inserti, uti in sequentibus pluribus dicitur.

Fallacia itaq; compositionis & divisionis evidens est; Verba enim: *Solidum & indivisum perpetuò principatum ad Dominium Stargardiæ*, non autem cavillatoriè ad Duces Megapolenses referri debebant.

C A P. II.

De Litteris Investitura antiquis.

IN confesso est, (1) omnes Investiturarum litteras inde à tempore Caroli V. Imperatoris anno 1521 usque ad annum 1692 concessas, ejusdem esse tenoris, nec quicquam in ijs esse mutatum, immò nec mutari potuisse, per expressas Capitulationes Cæsareas, & notoria Constitutionum Imperialium jura.

(2) Ex omnibus Ducibus Meklenburgicis neminem antehac ex litteris Investituræ combinationem Ducatum unquam præten-disse. Quod tamen sine dubio fecissent, si vel minimum exinde subsidium sperare potuissent.

(3) Joannem Albertum I. non tentatum fuisse, quamvis irritò conatu, ut per testamentum certis modis, & conditionibus jus quoddam primogenituræ erigeret, si illud jam ante in litteris Investituræ fuisset fundatum.

(4) Omnes Investiturarum litteras datas esse pro conservandis duabus lineis, contra Duces Seniores Regnantes, & jus quoddam primogenituræ affectantes, quoties scilicet altera linea in proximis duobus seculis finè masculâ prole extincta est.

Ut hæc clarè & quasi uno obtutu perspici queant, juvabit hic brevem genealogicam tabulam omnium regnantium Ducum Meklenburgicorum inserere. Suerinenses enim, etsi fide historicâ convicti in suâ facti specie fateantur, Ducatum antiquis temporibus semper fuisse divisum, putant tamen à tempore Ducis Magni II. jus quoddam primogenituræ consuetudine fuisse introductum.

B

T A-

TABULA
Omnium Regnantium
DUCUM MEKLENBURGICORUM

*Inde usque ab Anno 1384, quo Albertus & Joannes fratres
ab Imperatore Carolo IV. Principes Imperij primùm sunt creati.*

*Hic statim
ab initio
duæ lineæ
constitue-
bantur.*

Linea Suerinensis.

Linea Güstroviensis.

ALBERTUS. I. Henrici fil. †
1380.

MAGNUS. I. Alberti I. fil. †
1384.

JOHANNES. III. Magni I. fil.
† 1423.

HENRICUS II. pinguis. Joh. III.
fil. † 1477.

2. Fratres.

JOHANNES. I. Henrici fil. †
1370.

JOHANNES. II. Joh. I. fil. †
1407. sine prole.

HENRICUS. I. Joh. II. fratris Ul-
rici filius † 1441.

ULRICUS. I. Henrici I. fil. † 1471.
sine prole mascula.

NB. Hic HENRICUS, pinguis

*Ex omnibus Ducibus Meklenburgicis post mortem Ulrici I. solus superstes, utrumque
Ducatum combinavit, & per 6. annos possedit, sed post mortem ipsius filii
ad pristinam Ducatus divisionem statim sunt progressi.*

*Duæ lineæ
2. da vice.* MAGNUS II. Henrici pinguis
filius † 1503.

*Duæ lineæ
3. tã vice.* ALBERTUS II. Magni II. fil. nat.
1486. † 1547.

*Duæ lineæ
4. tã vice.* JOHANNES ALBERTUS I. Al-
berti II. fil. nat. 1625. testatus
1573. † 1576.

JOHANNES IV. Joh. Alb. I. fil.
suo & imbecillis fratris Sigis-
mundi Augusti nomine regna-
vit, nat. 1558. † 1595.

*Duæ lineæ
5. tã vice.* ADOLPHUS FRIDERIBUS I.
Johannis IV. filius nat. 1589.
† 1658.

*Duæ lineæ
6. tã vice.* Idem ADOLPHUS Fridericus I.

CHRISTIANUS LUDOVICUS
Adolphi Frideric. I. fil. nat.
1623. † 1692. sine prole.

*Duæ lineæ
7. mã vice.* FRIDERICUS Adolphi Frider. I.
fil. nat. 1638. debet succede-
re fratri Christiano Ludovico,
sed illo præmaturâ morte an-
no 1688 abrepto, successit.

FRIDERICUS WILHELMUS
filius hodiè vivens.

2. Fratres.

BALTHASAR. Henrici pinguis fil.
† 1507. sine prole.

2. Fratres.

HENRICUS III. Magni II. fil. nat.
1479. † 1552. sine prole ad gu-
bernacula principatus idonea.

3. Fratres.

ULRICUS II. Alberti II. fil. se-
cundogenitus nat. 1528. † 1603.
sine prole.

CAROLUS. I. Alberti II. fil. quin-
togenitus nat. 1530. † 1610. sine
prole.

2. Fratres.

JOHANNES ALBERTUS II.
Johannis IV. filius nat. 1590.
† 1636.

3. Fratres.

GUSTAVUS ADOLPHUS
Joh. Alberti II. filius nat. 1633.
† 1695. sine prole mascula, de cu-
jus successione jam quæstio est.

ADOLPHUS FRIDERICUS II.
Adolphi Frid. I. unicus super-
stes filius Posthumus nat. 1958.
cui hæc successio omni jure de-
betur.

Dicunt

Dicunt nimirum Suerinenses, quòd, cum in lineâ Suerinensi ab Alberto II. usque ad Christianum Ludovicum semper filius ætate major patri successerit, hoc ipso jus quoddam primogenituræ introductum sit; Sed errant. Albertus II. enim Dux Suerinensis non erat primogenitus sed secundogenitus Magni II. filius. Ipsi non poterat alius succedere jure naturali & communi, nisi Joannes Albertus I, quia hic solus erat, fratribus ejus Ulrico & Carolo ad successionem Gustroviensem vocatis, reliquis verò morte abreptis. Joannes IV non suo solum, sed suo & fratris imbecillis Sigism: Aug: nomine notoriè regnavit, eique filius Adolphus Fridericus I. natu major necessariò succedere debuit, quia natu minor Joannes Albertus II partem Gustroviensem sorte obtinuerat, & plures filij, quàm hi duo non aderant. Successit patri filius Christianus Ludovicus eodem jure; quò omnes reliqui sc: ordinario, & in domo Meklenburgica usitato, adeoque nulla ratione concipi potest, quo pacto juris cujusdam primo genituræ Chimera hic effingi seu exsculpi possit. maximè talis, quæ combinationem, seu consolidationem utriusque Ducatus involvit, & præsupponit, cum manifestum sit, & notorium, durante hac citatâ Ducum regnantium serie Ducatus Meklenburgicos in originaria sua, & nunquam interrupta divisione in hunc usque diem, per trium, & dimidiij seculorum spatia mansisse.

Vocant hic in subsidium adversarij pactum illud de non subdividendo Ducatu in plures, quàm duas partes, anno 1621 initum, putantes, huic pacto jus quoddam primogenituræ particulare, ex quo tandem jus generale, & Ducatum consolidatio coaluerit, tacitè inesse. Sed quàm miserè & absurdè hæc omnia dicta sint infra capite quarto pluribus dispicietur. Hic saltem ad propè intelligendum litterarum Imperialium, de quibus jam agitur, verum & genuinum sensum, considerata sunt exempla, in proximis duobus seculis (nam de antecedentibus nullum superesse dubium ipsi adversarij fatentur) occurrentia, quæ ad oculum demonstrant, qualis successio locum habuerit, quoties in linea secundogenita Duces regnantes sine hærede masculino decesserunt.

Exemplum I. Cum Dux Magnus II. Anno 1502 vitâ decessisset, filij ejus HENRICUS III. primogenitus, & ALBERTUS II. secundogenitus Ducatum, in duas partes jam antea separatam, inter se dividerunt, ita ut Henricus Gustroviensem, Albertus vero Suerinensem acciperent, id quod Henricus nunquam fecisset, si jure primogenituræ in toto Ducatu solus regnare potuisset. Uterque de suo Ducatu à Carolo V. Imperatore Anno 1521. 26. Maij fuit investitus. teste Lit. A.

Exemplum II. Cum Henricus III. Dux Gustroviensis Anno 1552. 26. Maij sine prole masculâ ad gubernacula principatus idoneâ moreretur (filium enim Philippum unicum, sed mente captum reliquit, quique brevi post nempe Anno 1557. vitâ decessit) & Joannes Albertus I. Dux regnans Suerinensis combinationem Ducatum

catuum, & exclusionem fratris ULRICI II. contra antiquam observantiam meditaretur, ULRICUS II. Caroli V. Imperatoris auxilium imploravit, qui Ducis Joannis Alberti injustos conatus indignè ferens, ei sub pœnâ banni injunxit, ut fratrem Ulricum ad Ducatus GUSTROVIENSIS possessionem admitteret, simulque Mauritio Electori Saxoniae, Joachimo Electori Brandenburgico, Augusto Duci Saxoniae, & Henrico Duci Luneburgensi per Rescriptum de dato 28 Aprilis 1553. executionem commisit, dato non minus mandato Cæsareo pœnali ad Status Provinciales Meklenburgicos, ut sub pœna banni Ducem Ulricum æquè ac Joannem Albertum pro Domino Regnante agnoscerent, prout etiam hi deinceps Joanni Alberto equitatum Provinciale desideranti suppetias ferre noluerunt, Dux verò Brunswicensis Henricus junior Cæsareæ commissiouis autoritate munitus, armis Ducem Joannem Albertum compulit, ut fratri Ulrico partem GUSTROVIENSIS traderet, quò factò, uterque de suo Ducatu ab Imperatoribus FERDINANDO I. 24. Maii 1559. ut Lit. B. Maximiliano II. 6. Julii 1565. ut Lit. C. & Rudolpho II. 16. Jul. An. 1578. Lit. D. fuit investitus. Quod Exemplum Caroli V. decisione & executione, FERDINANDI I. Maximiliani II. & Rudolphi II. Investituris, adeoque quatuor Imperatorum Romanorum autoritate suffultum juri primogenituræ aditum penitus præclufit.

Exemplum III. Cum Ulricus II. Dux GUSTROVIENSIS Anno 1603. etiam sine prole masculâ moreretur, CAROLUS I. frater quintogenitus (nam intermedii jam erant mortui) sine ulla contradictione in Ducatu GUSTROVIENSIS successit, exclusis Joannis Alberti I. Nepotibus, quorum primogenitus Adolphus Fridericus I. in utroque Ducatu solus regnare debuisset, si avitum testamentum (de quo infra) ipsi ullo modo prodesse potuisset. Indeque etiam idem Carolus I. ab Imperatore Rudolpho II. non minus investituram, quam protectionem impetravit.

Exemplum IV. Cum etiam Carolus I. Anno 1610. sine prole decessisset, Dux Regnans Suerinensis Adolphus Fridericus I. impossibilitatem combinationis, & veram intentionem aviti testamenti considerans, contra tot seculorum observantiam, & tot precedentium Imperatorum Decreta, & executiones, eam ne quidem affectavit, sed potius ut ostenderet, pacta majorum, indeque dependentem divisionis in duas partes æqualitatem esse sanctissimè servandam, nec uni Regnantium Principum præ altero, vel minimam prærogativam competere, sorti rem commisit, ita ut jactâ aleâ fratri JOANNI ALBERTO II. Ducatus GUSTROVIENSIS obtingeret. Uterque de suo Ducatu ab Imperatore FERDINANDO II. Anno 1621. 9. Jul. fuit investitus.

E. Lit. E.

Hæc sunt exempla in duobus proximis seculis occurrentia, & Imperatorum Investituris confirmata. Judicabit jam Lector, qua quis fronte ex his Investiturarum litteris pro jure primogenituræ, & combinatione Ducatum possit argumentari, & inspiciat solummodo

modo ipsa litterarum verba, ut clarius ipsi innotescat, quomodo sensus earum contra intentionem Imperatorum perverse sit explicatus.

Litteræ Caroli V. Imperatoris Henrico III. & Alberto II. Wormaliæ Anno 1521. 26. Maij Germanico Idiomate concessæ, ad quarum normam, & tenorem reliquæ omnes sunt contextæ, ita se habent: Und haben darumb mit wohl bedachtem Muth / gutem Rath und rechtem Wissen denselben / Herzogen Henrich und Albrechten Gebrüdern / und Ihren Lebens-Erben die vorbestimbte Ihre Lande mit allen Gnaden / Freyheiten / und Rechten / gar nichts außgenommen / zu rechten gesambten Händen zu Lehen gnädiglich gereicht / und Ihnen dazu diese besondere Gnade gethan / reichen / verleyhen / und thun diese besondere Gnade von Röm: Käyserl. Majest. Macht und Vollkommenheit / wissentlich in Krafft dieses Briefes / also / ob Ihr einer von Todeswegen abgehen / und keine Männliche Erben hinter Ihm lassen würde / daß des verstorbenen Theil / Land und Leüte an den Lebendigen / und seine Erben gefallen und kommen solte / als offte das bey Uns / oder unsern Nachkommen am Reich zu fallen kombt / und dieselbe Ihre Lande und Leüte / Herzogthumb / Herrschafft und Graffschafft sollen allezeit bey Ihnen / und Ihren Lebens-Erben in ungeschidnen Lehen bleiben / hätten sich auch die obbemelte Unsere liebe Oheim mit etlichen Ihren Landen von einander gesehet und getheilet / oder solches hinführo thun würden / daß soll Ihnen an Ihren gesambten Händen keinen Schaden bringen / sondern dieselbe Ihre Fürstenthumb / Herrschafften / Lande und Leüte sollen allezeit nach Väterlichen Stammens-Linien / und darnach von einem an dem andern kommen und fallen / gleicher weise / als ob Sie von einander nicht gesehet noch getheilet gewesen wären.

Hæc jam verba aliam interpretationem, nisi eam, quam Carolus V, & eum subsecuti Imperatores dederunt, & ipso facto toties confirmarunt, non admittunt. Dicitur: Des verstorbenen Theil soll an den Lebendigen / und seine Erben kommen. Quis autem ille vivus? sine dubio is, quem omnes Imperatores talem declararunt, & cui toties, quoties casus mortis extitit, investituram dederunt. At verò exempla jam adducta plus satis monstrant, eum esse non lineæ super viventis in altero Ducatu jam regnantem Principem, sed potius fratrem secundo-vel ulterius genitum, vel etiam agnatum gradu proximum ejusdem lineæ superstitis, præter illum scilicet in alterâ Ducatûs parte jam regnantem.

Stante igitur hoc inconcusso principio, vox *Vivus* in vocem, *Alter* (quæ unum ex duobus notat) pro lubitu non poterat commutari, nec dici: quòd in casu extinctæ unius lineæ, *alter*, id est, jam regnans in alterâ Ducatus parte, exclusis vel fratribus, vel aliis gradu proximioribus Agnatis succedere debeat NB. solus, & sic in toto Ducatu: hæc enim explicatio erronea, & non minus om-

C

nium

nium Imperatorum investituris, quam præmissis exemplis, & observantia domus contraria est.

Frustra etiam ex verbis: *Nach Väterlichen Stammens-Linien* / jus quoddam primogenituræ, & linealis primogeniti successio prætenditur. Est enim, hæc verba, positis terminis habilibus successione linealem, hanc verò (quod suo modo largiri potest Schiltero in corp: jur: feud: Alem: dissert: de natura success: feud: cap. 4. §. 2.) jus quoddam primogenituræ arguere, hic tamen in nostro casu, verba, *nach Väterlichen Stammens-Linien* de tali successione lineali minimè loquuntur, ita ut sensus sit: quòd extinctâ unâ lineâ, pars Ducatus vacans in primogenitum, vel primogeniti filium ex alterâ superstitè, si plures adhuc masculi in vivis sunt, devolvatur, atque sic integer Ducatus in uno regnante exclusis aliis combinari possit, aut debeat. Sed hoc saltem volunt, quòd cum à longo tempore uno plures Ducatum pro partibus divisim possederint, ideò prædictò casu extincte, non alius, quàm is, qui præter jam regnantem principem proximo gradu ultimum deficientis lineæ Ducem attingit, in vacante Ducatus parte succedere debeat, ita ut is tunc novam lineam, *einen zweyten Stamm und Linie* (quæ verba in testamento Joannis Alberti I. combinantur, uti infra. cap. 3. §. postquam. apparebit) incipiat, & postmodum in his duabus lineis, *nach Stammens-Linien* / (quod notanter in plurali dicitur) successio fiat. Paucis: Dicta verba interpretanda sunt non ex idea quadam generali, aut secundum acceptionem grammaticam, multò minùs ex privato partium commodo, aut affectu, sed ità, ut neque observantia Ducalis domus, neque ipsis Investituræ litteris, aut menti Augustissimorum Imperatorum repugnent. At verò his ipsis Investituræ litteris duo fratres pari, & æquali jure investiebantur, nullâ cum primogeniti prærogativâ, quòd sanè nullatenus fieri potuisset, si vel absoluta linealis successio, vel jus primogenituræ, quale ex adverso prætenditur, in dictis verbis contineretur. Fallacia compositionis, & divisionis hic manifestè committitur, non attentò, quid vel antecedit, vel sequatur, quidve constans usus, praxisque domus in contrarium statuant.

Hæ duæ lineæ semper æquale habent jus, & æqualem auctoritatem, nullâ omninò lineæ primogeniti prærogativâ relictâ, adeò quidem, ut cum ex secunda linea genitus alterum ætate superet, is etiam præcedentiam habeat, id quod praxis Judicii Provincialis Aulici, Academiae Rostochiensis, communis Consistorii, Comitiorum, & infinita litterarum monumenta probant, ultra expressa familiæ pacta, de quibus capite sequenti pluribus agendum:

Immò hæc æqualitas eò usque se extendit, ut nec optio quidem primogenito fratri competat, quam partem retinere, & quam fratri secundogenito concedere velit: Ita Henricus III. primogenitus Anno 1525. Fratri Alberto II. secundogenito partem Suerinensem.

nensem relinquere cogebatur, & Adolphus Fridericus I. cum fratre secundogenito Joanne Alberto II. Anno 1611. divisurus, forti rem sponte commisit, uti jam in superioribus dictum.

Confirmavit porro hanc divisionis necessitatem, & duarum linearum æqualitatem solennis ille Recessus de Anno 1621., cujus tanta autoritas, tantaque æstimatio est, ut in omnibus ab eò tempore concessis Investiturarum litteris (nempe Ferdinandi II. Anno 1621. 9. Julii: sub Lit. E. Ferdinandi III. 1651. 11. Martii sub Lit. F. & Leopoldi I. 1659. 17. Jan. sub Lit. G.) expressè confirmatus repariatur. Unde infallibiliter sequitur, omnes has Investiturarum litteras esse necessariæ divisionis confirmatorias, ita, ut qui nunc jus primogenituræ Ducatumque combinationem ex illis eruere conatur, Sacratissimos Imperatores, aut erroris (quasi in iisdem litteris idem confirmassent, & reprobassent, aut falsitatis, ac si aliud scripssissent, aliud fecissent, dando litteras investituræ pro primogeniturâ, & combinatione, & mittendo eodem tempore secundogenitos in possessionem) arguat necesse est: Quorum unum, vel alterum de sacratissimis, & prudentissimis Imperatoribus vel cogitare velle, piaculum esset

F. G.

Verba: *Als oft das bey Uns / oder Unsern Nachkommen am Reich zufallen kombt / omne dubium tollunt: Cum enim ex divisione, aut separatione, hærede masculino in a'tero Ducatu deficiente, metui posset, ne pars illa Ducatus à defuncto improli possessa, & relicta, pro vacua quasi, & Domino directo aperta haberetur, Imperatores hanc Ducibus Meklenburgicis particularem fecerunt gratiam (quod non sine causâ bis repetitur in omnibus Investiturarum litteris NB. und Ihnen dazu diese besondere Gnade gethan / reichen / verleyhen / und thun diese besondere Gnade / ut iis simultaneam investituram concederent, zu rechten gesambten Händen zu Lehen gnädiglich gereicht / & simul declararent, quod in tali casu, apparentis scilicet aperturæ, seu rectius, deficientis alterutrius lineæ, facta divisio, non debeat cæteris eorumque juri simultaneæ investituræ esse præjudicio, aut pars Ducatus pro aperto reputari: Das soll Ihnen an Ihren gesambten Händen keinen Schaden bringen / sed feudum, etsi actu divisum, debeat eatenus, & ad impediendum effectum aperturæ, haberi pro non diviso, & ab uno ad alium transire: Sondern dieselbe Ihre Fürstenthume / und Lande sollen allezeit nach Vätterlichen Stammens-Linien / (in plurali) und darnach von einem an dem andern kommen / NB. gleicher Weise / als ob Sie von einander nicht gesetzt / noch getheilet gewesen wären. Si sic ergò integræ Investiturarum litteræ inspiciuntur, apparet, contextum, omnesque ejus particulas, egregiè inter se cohærere, verba Imperatorum factis respondere, & eum, quem diximus, esse purum, verum, & genuinum sensum in supra memoratis quatuor casibus per Imperatorum decisiones, & executiones com-*

probatum, sine eò verò sensum esse contradictorium, depravatum, cavillatorium, & planè nullum.

CAP. III.

De Testamento Joannis Alberti I.

CUM illa quæ ex Diplomate Carolino, & litteris Investituræ adducta sunt, nondum sufficere viderentur adversariis, ad prætendendum jus quoddam primogenituræ, & inde dependentem Ducatum combinationem, tertium adhuc argumentum in subsidium vocatur, desumptum ex testamento Joan. Alberti I. anno 1572. 27. Decembr. condito. Tantùm verò abest, ut per hoc priora pro jure primogenituræ conquistata argumenta firmentur, ut potius ea funditus destruantur. Quid enim quæso opus erat, jus primogenituræ per testamentum introducere, si illud jam multis retro annis longè altiori, & firmiori fundamento, nempe per litteras Investituræ, ut falso prætenditur, fuisset stabilitum? Immò vel ipsa Testatoris, utut vana hæctenus & irrita dispositio certissimo indicio est, jus primogenituræ antea nullum fuisse.

Quod in Imperio Romano-Germanico absque consensu agnatorum, & imprimis gradu proximiorum, jus primogenituræ per testamentum validè introduci possit, novâ saltem & paradoxo simili opinionione sustinetur. Illud enim certi & receptissimi juris est, Principatum Imperii inde usque ab origine suo semper divisum, si insuper talis divisio expressis familiæ pactis, totque Imperatorum consensu & Investituris firmata sit, per nudum testamentum soli primogenito, cum exclusione secundo genitorum addici, & sic, ut ita loquar, combinabilem, & indivisibilem reddi minimè posse. Exempla quotidiana docent, quantæ molis sit, hunc retigisse lapidem. Hic enim notoriè requiruntur (1) Pacta solennissima, & omnibus numeris absoluta. (2) Ut fiant liberis nondum natis. (3) Ut fratres secundogeniti juribus suis ultrò, & juratò renuncient. (4) Ut agnati & omnes ij, quorum interest, expressè consentiant. (5) Ut accedat juramentum Ordinum Provinciæ, & (6) ut ista omnia ab Imperatore solenniter confirmentur. Cùmque hæc & similia requisita adeò necessaria sint, ut si unum vel alterum saltem deficiat, juri primogenituræ & Ducatum consolidationi locus esse non possit, quid quæso ibi fiet, ubi plane nullum horum requisitorum reperitur?

Nec est, quod quis Cæsaream testamenti confirmationem hic objiciat, utpote quæ ad ea, de quibus testari permissum non est, extendi minimè potest. Hanc ob causam ipse Imperator Maximilianus II. in confirmatione hujus testamenti de dato 12. Jun: 1574. provide dicit: *Wir confirmiren und bestättigen NB. was Wir von Rechts und Billigkeit wegen/ daran zu confirmiren und zu bestättigen haben/ sollen/ und mögen/ & paulo post: doch Uns und dem Heil:*

Heil: Reich an Unfern/ und NB. sonst männiglich an seinen Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen und unschädlich. At vero Testator de suo solum Ducatu Suerinensi testatus, confirmationem Imperialem desuper obtinuit, de Ducatu autem GUSTROVIENSI in præjudicium fratrum viventium testari nec voluit, nec potuit, per ea, quæ superius sunt dicta.

Sed posito, citra tamen præjudicium veritatis, istiusmodi testamenta in Imperio Romano pro validis censi posse, nec sic tamen per hoc testamentum jus quoddam primogenituræ, aut Ducatum consolidationem stabilitam esse ullo modo probabitur. Qui enim totum legit testamentum, inveniet, primariam, & veram Testatoris intentionem fuisse, ut de Successione duorum filiorum suorum in Ducatu Suerinensi ultimam voluntatem declararet & consignaret. Quod quidem ita fecit, ut cum secundogenitus Sigismundus Augustus corpore, & animo imbecillis, ac proinde ad gubernacula Principatus inidoneus esset, primogenito Joanni regimen NB. suo & fratris sui nomine in dicto Ducatu Suerinensi suscipiendum traderet, hæc expressâ conditione, ut in subscriptione semper adhiberetur formula: Für Uns/ und Unfern freundlichen lieben Bruder/ Herzog Sigismund August. Quod vel unicum evidenti argumento esse potest, Testatorem ne quidem in ipso Suerinensi Ducatu secundogenitum à Regimine exclusum voluisse.

Postquam Testator de his & multis aliis in Ducatu suo Suerinensi observandis ita perspicuè, & prudenter disposuisset, de Ducatu GUSTROVIENSI, & ejus Successione his paucis se explicat terminis: Solte sich auch nach Gottes Schickung der Fall zutragen/ daß Unser freundlicher lieber Bruder/ Herzog Ulrich, und Sr. Liebde: Gemahlin/ oder auch Unsere beede andere freunliche liebe Brüder/ Herzog Christoffer und Herzog Carl vor/ oder nach Unfern Todt verstorben/ und also alle die Lande und Herrschafften zu Mecklenburg auff Unsere Linie und Stamm alleine fielen/ so wollen Wir doch nicht/ daß dieselbe zwischen Unfern beeden lieben Söhnen NB. getheilet/ sondern Unser ältester Sohn/ Herzog Johanns umb obgehörter (nempe ob fratris debilitatem) und andern mehr bewegenden Ursachen willen/ fürnemblich aber/ damit diß Fürstliche Haus Mecklenburg wiederumb destomehr in Zunehmen/ und Auffsteigen gebracht werde/ darinn allein succediren/ herrschen/ regieren und erben/ aber mehr angeregtem Unfern jüngsten Sohn noch einmahl so viel an Nembtern und Einkünfften einräumen soll/ als Ihm allbereit hierinn vermachtet und außgeleget ist.

Verba sunt clara, & ultra mentem, & intentionem ipsius Testatoris non extendenda. Ponit sc: casum expressum: Wann seine drey Herren Brüder dem vermuthlichen Lauff der Natur nach NB. vor/ oder nach Ihm versterben/ und alle beede Fürstenthümer Gustrau und Schwerin auff seine Linie und Stamm kommen/ das ist: seinen beeden Herren Söhnen zufallen würden/ daß alsdann

D

NB.

NB. seine Söhne nicht theilen / sondern NB. sein ältester Sohn allein regieren sollte. Sed hic casus nunquam extitit. Proposuit homo, DEUS disposuit. Inversô enim naturæ ordine fratres Testatoris post mortem filiorum multos adhuc annos vixisse constat. Nam primogenitus filius Joannes in flore ætatis, & cum nondum trigesimum quartum complevisset annum, sc: anno 1592 morte abreptus, & secundogenitus anno 1600 similiter extinctus est. Fratrum autem ultimus Carolus I, Dux GUSTROVIENSIS, senio confectus, & quidem octogenarius anno 1610 (cum post mortem fratris Testatoris 34 annos vixisset) demum fati concessit. Adeoque cum casus & conditio nunquam extiterit, cessavit etiam Testatoris dispositio.

Quinimò, etsi casus extitisset, noluit tamen Prudentissimus Princeps dispositionem suam ultra personas filiorum suorum extendere, quia causa movens principalis erat imbecillitas secundogeniti filii Sigismundi Augusti, quem dissensurum non esse certissimè sciebat, de reliquò autem satis prævidebat, si satis ità jubentibus naturæ ordinem subverti contingeret, dispositionem suam nec à fratribus, nec à Nepotibus agnitam, sed omninò nullam fore. Quod & ita contigit. Nam cum Carolus I. Dux GUSTROVIENSIS anno 1610 sine prole decessisset, Nepotes Testatoris Adolphus FRIDERICUS I. & Joannes ALBERTUS II. videntes testamentariam Avi dispositionem ultra personas filiorum tum ob clara, & expressa textus verba, tum ob cessantem jam particularissimam, quæ testatorem moverat, rationem, nempe secundogeniti notoriam imbecillitatem, aliosque defectus, extendi non posse, antiquam Ducatus divisionem à tot Imperatoribus conservatam & comprobataam continuarunt, & Ducatum anno sequenti 1611 per sortem inter se dividerunt, uti jam in antecedentibus ostensum, adeò, ut, si pro jure primogenituræ, & consolidatione Ducatum ex hoc testamento aliquid afferri potuisset, id tamen omne per hanc secutam divisionem à FERDINANDO II. & ipsum secutis Imperatoribus approbatam, mutatum, & annullatum esset.

Ex quibus apparet (1) quod loco filiorum (Söhne) vocabulum liberorum (Kinder/ quo nomine interdum etiam nepotes comprehenduntur) sine inversione, & mutatione sensus substitui non possit. (2) Quod dici nequeat: filius paternum testamentum agnovisse, desuperque transgisse. Ista enim transactio anno 1586. 20. Maii inita pro objecto habuit tantum Ducatum Suerinensem, hîc autem quæstio est de GUSTROVIENSI, quem uti nunquam in potestate habuerunt, ità de eò in ipsa transactione ne quidem cogitarunt, nec etiam vivente adhuc CAROLO super eò transigere poterunt. (3) Quod probari non possit, NB. Nepotes in ultimam Testatoris voluntatem unquam consensisse, cum ex jam dictis contrarium evidentissimè constet. Quod si nihilominus tamen hæc ipsa in dubium vocari vellent, aut possent, certè solennia quæ extant fami-

familiæ pacta negari non poterunt. Ista enim divisio facta est in Oppido Bahrenholz/ ubi Duces Adolphus Fridericus I. & Joannes Albertus II. fratres, & Testatoris Nepotes solenni habito congressu Recessum istum anno 1611. 9. Julii consummarunt & subscripserunt, ad cuius finem hæc reperiuntur verba: Und ist hierauff das Los in dem Nahmen Gottes geworffen/ und Uns Herzog Adolph Fridrichen das Schwerinische Theil/ und uns Herzog Hanns Albrechten das Güstrauische Theil gefallen. Elapso postea decennio, nempe anno 1621 ijdem Duces fratres, notum illud familiæ pactum, sive Recessum divisorium quem etiam vocant, *Brüderlichen Erb-Vertrag* inierunt, quô dicta divisio egregiè confirmatur, & de quo pluribus adhuc dispicere ipsa necessitas, & ordinis ratio jam monet.

CAP. IV.

De pacto Familiæ, sive Recessu Divisionis

de anno 1621.

Quartum argumentum desumitur ex hoc Recessu de anno 1621, de quô Suerinenses tanquam præcipuô juris primogenituræ fundamentô gloriantur: parum memores, quod perquirendo subinde nova fundamenta, anteriora semper destruantur. Dum enim anno 1621 per hunc Recessum jus primogenituræ demum stabilitum, & introductum asserunt, necessariò sequitur, illud nec anno 1377 per Diploma Caroli IV, nec anno 1521 per litteras Investituræ Caroli V, aut per postea subsequetas Imperatorum Investituras supra memoratas, nec anno 1573 per testamentum posse esse introductum. Sanè ex uno in alium subinde errorem incidunt, qui ex hoc Recessu jus quoddam primogenituræ exsculpere desudant. In scirpo nodum, in flammis refrigerium, in morte vitam quærunt. Tàm claris enim verbis Ducatum combinatio per hunc Recessum exoris Meklenburgicis eliminata est, ut mallent Suorinenses eum in rerum naturâ nunquam fuisse.

Verba ejus ita sese habent: Es sollen auch Unsere Fürstenthumb und Lande hinführo und zu ewigen Zeiten / von Uns / und Unsern Erben / Herzogen zu Mecklenburg ferner nicht subdividiret / oder in mehr den NB. jezige zween Theile getheilet werden / sondern es bey denenselben einig und allein verbleiben.

Ex unico verbo *subdividiret* adversarii tantos faciunt strepitus, & duplicem exinde formant consequentiam, seu potius stropham, aut subtilitatem: (1) Si Ducatus Meklenburgicus non debet in plures, quam duas partes subdividi, sequitur, jus primogenituræ in unaquâque domo hoc ipso esse receptum. (2) Si jus primogenituræ in unamquamque domum est introductum, sequitur, extincta altera lineâ jus primogenituræ in supraviventem pleno jure transferri, & utrumque Ducatum combinari debere,

D 2

Ut

Ut hæc benè intelligantur, necesse est formare statum controversiæ clarum, & ab omni ambiguitate homonymicâ liberatum, ne, ut sæpe solet, terminis ludamus. Non enim hîc de lana caprinâ agitur, sed de Ducatu Imperii, proinde ab istiusmodi lusu, & tricis Scholasticis abstinere, & negotii gravitas, & Cæsareæ Majestati debita jubet reverentia. Quàm variæ sint juris primogenituræ acceptiones, nemo est, qui nesciat. Hîc solummodo quæstio est, de propriâ illa & genuinâ, quæ unum solum regnantem Principem, & in applicatione ad casum præsentem, utriusque Ducatus combinationem præsupponit, adeoque hæc sola acceptio reliquis omnibus eliminatis, & faceffere jussis hîc locum habere debet. Jam ad prædicta argumenta adversariorum. *Primum est*: si Ducatus Meklenburgicus non debet in plures, quam duas partes subdividi, sequitur jus primogenituræ hîc ipsò in utrâque lineâ esse receptum. Quis jam primâ fronte argumenti hujus imbecillitatem, latentemque fallaciam non percipit? De jure primogenituræ in toto hoc Recessu ne verbum, ne jota quidem reperitur. Quod non forte fortunâ, aut incuriâ accidit, sed satis providâ mente Serenissimorum transigentium. Instant hîc Adversarii: Etiam si juris primogenituræ expressa non fuerit facta mentio, tacitè tamen hic subintelligi, & pacto de non subdividendo realiter inesse. Hem miseram Philosophiam! Jurisprudentiam vero omnium miserrimam! Quis enim unquam jus primogenituræ tacitè, & per consequentias, aut præsumptiones introduci, secundo & ulterius genitis vero jura tot titulis firmata convelli, & præripi posse, affirmare ausus est? Aut quis etiam est, quem latere possit insignis, & perpetua inter jus primogenituræ, & pactum de non subdividendo differentia. *Jus primogenituræ* præcisè requirit unum solum regnantem, & hîc utriusque Ducatus combinationem, cui per hunc ipsum tractatum spes omnis penitus præclusa est. Vocatur enim Recessus Divisorius, non combinatorius, & unica paciscentium intentio fuit, Ducatûs in duas æquales partes divisionem in perpetuum stabilire. *Pactum vero de non subdividendo* plures simul pro indiviso regnantes, & in communiōe viventes notorie admittit, & præsupponit. Et quemadmodum hoc ab immemoriali tempore in domo Meklenburgicâ antea fuit observatum, ita etiam sine omni dubio adhuc hodie in arbitrio plurimorum eiusdem lineæ fratrum positum est, an pro indiviso velint regnare, an vero uni curam regiminis committere. Non deest huic assertioni celeberrimorum Jure-Consultorum, & Publicistarum autoritas. Ex multis aliis Menochius, Gothofredus, Knichen, Dietericus, Engelbrechtus, & Schilterus pro firmâ, & indubitâtâ iuris regulâ tenent, ab individuitate, seu à prohibita divisione, vel subdivisione alicuius feudi ad unitatem successionis, seu primogenituram malè inferri.

Vid. Menoch. Consil. 439. n. 15. vol. 4. Gothofr. Anth. disp. Feud. 5. O. 6. Lit. M. Andr. Knichen de Saxon. non provoc. jure,

jure, verb. Duc. c. 3. n. 94. Dietericus ad aur. bull. tit. 24. §. si cæteros. Engelbregus de success. in Elector. §. 78. Schilterus de Nat. success. feud. c. 10. §. 3.

Sed posito, non tamen concessio, quod in utrâque domo unus solus Princeps cum cæterorum exclusione regnare potuerit, exinde tamen (quod *altrrum* erat argumentum) nondum sequitur: Ergo deficiente unâ lineâ Ducatus est combinandus, seu consolidandus, quoniam à jure particulari, in una lineâ separatim vigente, ad jus universale, sive toti familiæ commune nulliter argumentamur. Potest enim unus solus Princeps separatim in unô, & similiter unus solus separatim in altero Ducatu, reliquis omnibus exclusis regnare, & tamen divisio Ducatum tamdiu, quamdiu uno plures Ducum Meklenburgicorum in vivis sunt, subsistere, adeò, ut deficiente alterâ lineâ successio semper ad proximiorum gradu seu caput lineæ secundogenitæ, devolvatur; Ita in domo Meklenburgicâ jam antea ab aliquot seculis fuerat observatum, proinde ut observantia ista in formam solennis pacti redacta, pro lege æternûm valiturâ haberetur, ideo Domini Paciscentes principaliter inter se convenerunt; & hic fuit unicus, & genuinus hujus Recessûs divisorii scopus, veraque Dominorum transigentium intentio. Hanc itaque thesin nostrum jam est defendere & probare, non quidem per strophas, argutias, & nudas subtilitates, sed per positiones infallibiles, hoc est, ex ipsis verbis Dominorum paciscentium, qui soli & unicus sunt verborum suorum interpretes.

(1) In hoc ipso Recessu Domini Paciscentes dicunt: *Es soll bey zwey Theilen einig und allein gelassen werden.* Quæ verba non solum futuræ subdivisionis (uti adversarii falsò, & gravissimo errore ducti supponunt) sed etiam simul futuræ consolidationis expressè prohibitoria sunt. Postquam enim Domini paciscentes in verbis: *Es sollen auch Unsere Fürstenthumb und Lande hinführo und zu ewigen Zeiten von Uns / und Unsern Erben / Herzogen zu Mecklenburg ferner nicht subdividiret / oder in mehr denn jezige zweene Theile / getheilet werden /* subdivisionem Ducatum prohibuissent, in continenti prohibitionem futuræ consolidationis his verbis subiungunt: *sondern es bey denenselben zwey Theilen einig und allein gelassen werden.* Hæc autem clarissima verba esse futuræ consolidationis prohibitoria, etsi à nemine sanæ mentis, & à partium studiis remoto in dubium vocari possint, tamen ad omnem ulteriorem cavillandi occasionem penitus, & uno quasi ictu amputandam, hic

(2) probè notari meretur: Quod in eodem Recessu Domini transigentes paulò post subiungunt: *Wegen der Præcedenz bleibet es bey dem Bertrage / so den 29 May 1617 auffgerichtet / und soll sonsten der Aelteste unsers Geschlechts der Regierenden Herzogen zu Mecklenburg NB. Er sey von dem Primo- oder Secundogenito geboren / alleweege die Præcedenz und Oberstelle haben.* Quæ verba duarum regnantium linearum absolutam necessitatem non solum, sed

E

&

& secundogenitæ cum primogenitâ omnimodam æqualitatem in-
 perpetuum observandam, adeo stabiliunt, ut quomodo ceu incom-
 patibilia cum primogeniturâ, qualis ex adverso prætenditur, con-
 ciliari queant, ullo modo non appareat. (3) Elapsis ab hac trans-
 actione 15 annis nempe an. 1636. 19. Martii alter Serenissimorum
 Paciscentium, nempe Dux GUSTROVIENSIS Joannes Albertus II. in
 testamento suo ita se explicavit: Wann nach unserm Seel: Hin-
 tritt Unser lieber Sohn und Erbe ohne Männliche eheliche Leibes-
 Erben abgehen/ und als dann Unsers Herrn Brudern/ Herzog
 Adolph Friderichs Lieb: oder dessen Lieb: NB. Söhnen (in plus
 rali, nicht aber ältesten Sohn) die Succession zu diesem Unsern Für-
 stenthum in die Hände lauffen solte. Jam autem ex filiis (aus des-
 sen Söhnen) huius Adolphi Friderici I. nemo superstes est, nisi u-
 nicus ille Adolphus Fridericus II. Strelizensis, cui consequenter
 hæc successio, & simul primus locus sive præcedentia sine omni
 contradictione debetur. (4) Post alios ab hoc testamento præte-
 ritos 18 annos alter Dominorum Paciscentium, nempe primogeni-
 tus frater Dux Suerinensis Adolphus Fridericus I. in suo testamento
 anno 1654. die 31. Octobris ita disponit: Daß wann etwan Herz
 Herzog Gustaff Adolph zu Mecklenburg Güstrau ohne Hinterlas-
 sung Männlicher Leibes-Erben abgehen würde/ NB. allweege vor-
 möge Brüderlicher Verträge zwen Regierungen verbleiben/ und Ihr
 anderer Sohn/ Herzog Carl zur Güstrowischen Regierung komen
 müsse. Ita loquitur ipse trantigens, quid quæso clarius dici potest?
 Et (5) cum autedictus Joannes Albertus II. Dux GUSTROVIENSIS Año
 1636 moreretur, filius eius Gustavus Adolphus, anno 1673 natus,
 trium duntaxat añorum infans erat. ADOLPHUS FRIDERICUS I.
 Dux Suerinensis, Serenissimi Nostri Strelizensis *Pater*, dicti Gusta-
 vi Adolphi *Patruus* simul ac *Tutor*, durante hæc per integros octode-
 cim annos tutelâ, occasionem non minùs, quam potestatem in-
 manibus habebat, Jure Primogenituræ, si tale quidpiam adfuisset,
 tum temporis utendi, Ducatumque GUSTROVIENSIS sibi vindicatum
 cum Suerinensi combinandi. Longè verò ab optimo hoc & religio-
 so, iuriumque suæ Domûs gnarissimo Principe abfuit, tantâ iniqui-
 tate pollui: quin potius satius ducens, suis rebus contentum vivere,
 quàm iniustis spoliis, divinam maledictionem secum trahentibus,
 legitimam hereditatis partem inficere atque contaminare, Serenif-
 simum Pupillum anno 1654 iam ad adultiorem ætatem provectum
 in plenam Ducatûs GUSTROVIENSIS possessionem non solum ipse misit,
 sed & occasione homagii à Statibus Provincialibus huic Neo-Duci
 præstandi, odium, quo Juris primogenituræ figmentum ab adula-
 tore quodam aulico tum temporis suggestum prosequeretur, non
 sine gravi animi commotione per litteras Legatosque suos patefecit
 ac declaravit. Quod exemplum, cum ad institutum nostrum, impri-
 mis ad illustranda, iam dicta & porro dicenda egregiè faciat, silen-
 tio non erat prætereundum. Et quidem (6) iste Dux Adolphus
 Fride-

Fridericus I. eodem anno 1654. cum de formula præfati Homagii statuum Provincialium concipiendâ ageretur, in litteris ad Ducem Gustavum Adolphum Gustroviensem die 6. Julii exaratis, ita sese explicat: Daß wann das Juramentum homagii erinnerter massen abgestattet würde/ NB. Die beede Regierungen in eine denen Erb-Verträgen zuwider transfundiret/ und dem Secundogenito, Herrn Herzog Carl, oder nach derselben tödtlichen Hintritt dessen nachfolgenden Brüdern an Ihrer von Gott und Rechts wegen zukommenden Regierung præjudiciret würde: Hæ litteræ in Originali ad-sunt: Judicabit iam unusquisque an possibile sit, tam claris verbis, vel minimo veritatis colore quidpiam reponere. (7) Ad easdem litteras sequenti die nempe 7 Jul. Dux Gustavus Adolphus respondens suo non minus calculo omne id approbavit, dum dicit: Daß Sie sorgfältig intentioniret wären/ daß es bey die Brüderliche Erb-Verträge/ und Vermöge derselben bey denen darinn bestättigten beeden Regierungen/ und Succession des Primo und Secundogeniti beständig verbleiben möge. Denique (8) Idem Dux Gustavus Adolphus, postquam iam annos 4² regnasset, moribundus die 24 Octob. 1695 ad Sacram Cæsaream Maiestatem litteras hunc in sensum dedit, morteque obsignavit: Nachdem nunmehr der Herz über Leben und Todt allem Ansehen nach mich auß dieser Zeitlichkeit abzufordern beschlossen/ so halte ich mich verbunden/ bey Ew: Kaysrl. Majest. diese allerunterthänigste Bitte annoch abzulegen / Sie geruheten allergnädigst meines Vettern/ und Schwieger-Sohns des Herzogens zu Mecklenburg Lieb: so fort nach meinem seligerfolgten Absterben in die Possession dieses Herzogthumbs/ und dazu gehörigen Lande zusehen/ auch darauff forderligst nach schleüniger Erörterung der ganzen Sache Ihm in petitorio Recht wiederfahren zu lassen. Gegen Ew: Kaysrl. Majest. bezeüge ich hieben mit allem Grunde der Wahrheit/ daß umb dieses/ was an Sie ich jezo schreibe/ weder mein Schwieger Sohn/ noch dessen Gemahlin meine Tochter Wissenschaft/ viel weniger mich dazu persuadiret/ oder die Affecten gegen dieselbe mich dazu bewogen haben/ sondern das solches her-rühre/ auß dem Trieb meines Gewissens/ auff welches ich/ da ich im Begriff stehe/ vor dem allwissenden Richter des ganzen Erd-Kreyses bald zu erscheinen/ ohne nicht genugsamen Grund mich nicht beruffen würde. Ich sterbe aber desto freudiger/ weil ich mich ver-sichert halte/ es werden Ew: Kaysrl. Majest. als ein Gottföchtender allgeregtester Kaysrl. dieses alles in gnädigste Consideration nehmen/ allermassen ich darumb in unterthänigstem Fleiß nochmah-len bitte! Hæ litteræ cum adversariis quasi fulmina viderentur, reliquum quod adhuc spei ipsis erat mortali ictu consumptura, nonnulli eorum conati sunt, non quidem aperte, sed per occultas vias fidem illarum in dubium vocare; Quemadmodum autem in honestos, probatæque fidelitatis & integræ famæ Consiliarios, quos tum temporis Serenissimus moribundus habuit, tantæ temeritatis ac fal-

litatis suspicio non cadit, ita etiam hîc loci parùm moramur istiusmodi inventa, quæ & ipse Genius pii, devoti, & religiosissimi Principis, vivis coloribus in literis depictus, & propria manus subscriptio, insuperque si opus esset, totius Ducalis familiæ testimonia facile falsitatis arguere, & convincere possunt.

Sciebat Optimus ille, & prudentissimus Princeps, quod (9) probè notandum præcipuam Statûs Meklenburgici formam in iure communionis consistere, quod in pluribus Ducalis familiæ pactis, præcipuè verò in Reversalibus Provinciæ Statibus concessis radicatum est, quodque quamdiu uno plures Duces Meklenburgici vivunt, cessare aut aboleri non potest. Vigore hujus juris communionis semper fuit, & permanere debet Commune Judicium Provinciale Aulicum, commune Consistorium, communis Academia, communis subditorum Collectatio, communia Comitata, commune ærarium, loca communionis, qualis est inter alia Urbs, & territorium Rostochiense, & reliqua. Ex quibus finaliter apparet, combinationem Ducatum sine totali Status publici inversione fieri nequaquam posse, quamdiu Principum Meklenburgicorum uno plures adhuc in vivis sunt.

Quod itaque trium, & quod excurrit, seculorum continua observantia introduxit & firmavit: quod pacta familiæ, præprimis illa quæstionis de anno 1621 expressis verbis statuunt: quod ipsi Domini Paciscentes verborum, & pactorum suorum optimi, & unici interpretes in testamentis, & litteris suis autographis toties postea declararunt: quod denique piissimus Gustavus Adolphus, de cujus successione jam agitur, in articulo mortis, coram iudicio DEI compariturus sancta, & religiosissima mente confirmavit, id ipsum ne quidem per Imperatoriam potestatem, cui ea, quæ pietatem & iustitiam lædunt, impossibilia sunt, amplius tolli, convelli, aut subverti ullo modo potest; & tantò minùs quidem, quòd ipsa hæc pacta quæstionis de anno 1621 ab Imperatore Ferdinando II. anno 1621. 9. Julii. Lit. E. Ferdinando III. anno 1651. 11. Martii, Lit. F. & à gloriosissimo Leopoldo anno 1659. 17 Junii Lit. G. non solum confirmata, sed & omnibus his Investiturarum litteris specialiter inserta sunt.

E. F.
G.

Notari insuper hoc loco meretur, quòd, cùm Dux Fridericus Wilhelmus anno 1693 de Ducatu suo Suerinensi investiendus observaret, hanc pactorum insertionem prætenso iuri primogenituræ, & Ducatum combinationi, quam tum temporis iam meditabatur, è diametro obstare, factum est, ut sine ullâ causæ cognitione, & inscio Domino Adolpho Friderico (uti capite sequenti pluribus demonstrabitur) ex ipsis suis Investituræ litteris de dato 26 Augusti 1693 expungeretur id, quod postea ad stabiliendum ius primogenituræ pro fortissimo allegatur argumento. An hoc sit iustis rationibus contendere, an vero cavillari, & innocentem Imperii Principem contemptui, & totius mundi ludibrio exponere, id vero cui libet integrum erit perspicere atque diiudicare.

CAP.

CAP. V.

De litteris Investitura novissimis de anno sc: 1693.

Vidimus jam supra capite secundo quam vano conatu antiquis Investiturarum litteris, detortâ, contra mentem & intentionem Augustissimorum Imperatorum, earundem interpretatione, vis inferri voluerit; Videndum etiam hic est, quomodo novissimæ litteræ sub Lit. H. anno 1693. 26 Augusti Domino Duci Friderico Wilhelmo concessæ mutatae fuerint, & mutilatae; Id quod ex collatione harum cum antecedentibus luculentius apparebit.

Antiquæ litteræ omnes de Divisione Ducatus, & duplici regimine loquuntur. Et quidem ante solennem divisionis Recessum de Anno 1621 Litteræ Caroli V. de anno 1521. 26 Maii Lit. A. Ferdinandi I. de anno 1559. 24 Maii Lit. B. Maximiliani II. de anno 1565. 6 Jul. Lit. C. & Rudolphi II. de anno 1578. 16 Jul. Lit. D. talem habet clausulam. *Hätten sich auch die obbenante Unsere liebe Oheime mit etlichen Ihren Landen von einander gesezet/ und getheilet/ oder solches hinführo thun würden/ daß soll Ihnen/ und Ihren Lehens-Erben an Ihren gesambten Händen keinen Schaden bringen.* Post eum Recessum Litt. Ferdinandi II. de dato 1621. 9 Jul. sub Lit. E. ita loquuntur: *Was massen Ihre Lieb: Lieb: auß hochwichtigen Sie dazu bewegenden Ursachen Brüderlich sich vereiniget/ dero Ihnen von GOTT gegebene anererbene Fürstenthum/ Land und Leute zu gleichen halben Theilen von einander zusehen/ und Wir dann weder vorgemelten Herzogen zu Mecklenburg noch andern Fürsten und Ständen des Reichs in dergleichen Fürstenthümer/ und Lands-Abtheilung Verhinderung oder Eintrag zuthun/ oder in cummunione zu erhalten/ nicht/ sondern vielmehr dabey zu maintainiren gemeinet/ als lassen Wir es/ so viel solche Lands Theilung an sich selbst betrifft/ auch Unsers Theils dabey billig bewenden.* Litteræ autem Ferdinandi III. de dato 1651. 11. Martii sub Lit. F. & Augustissimi Leopoldi de anno 1659. 17 Junii sub Lit. G. hunc passum adhuc clarius explicant: *Inmassen dann auch die von Weyland Herzog Adolph Friderichen und Hans Albrechten Gebrüdere Herzogen zu Mecklenburg Lieb: Lieb: des den 3 Martii 1621 zu Süstrau verfasseten Theil-Recess, und Erb-Vertrags vorgenommen/ und von höchst-erneldten Unsern Herrn und Vatter Seel: in jüngst außgegebenen Lehen-Brieff confirmirte Erbtheilung Ihrer Landen Ihnen/ und Ihren Lehens-Erben an Ihren gesambten Händen keinen Schaden bringen.* Atq; hæc sunt prægnantes illæ clausulæ, quæ uti prætenso juri primogenituræ è diametro obstant, & salva simultaneâ Investiturâ, Ducatum divisionem, duarumque linearum successionem tot retro seculorum usu, aliisque titulis suffultam de novo, & recenter confirmarunt, ita etiam nullum alium ob finem ex litteris novissimis sub Lit. H. anno 1693. 26 Aug. Friderico Wilhelmo concessis omissa sunt, nisi ut

F futuris

futuris prætensionibus, quas Dñs Dux jam tum meditabatur, via ster-
neretur: Quod autem illud factum sit Augustissimo plane incio,
exinde firmiter colligitur & probatur, quod nullum hæc de re, ut
aliàs moris & styli est, existet antecedens conclusum, aut Decretum
supremæ curiæ feudalis, immò uulla causæ cognitio præcesserit, nec
Serenissimus Adolphus Fridericus II. ad id citatus vel desuper audi-
tus sit: id quod tamen in tam arduo negotio omnino fieri debuif-
set, quandoquidem ipsi Imperatoriæ Majestati (vi Paragraphi 39
Capitulationis Cæsareæ) integrum non sit, consuetis litterarum
formulis quicquam vel addere, vel detrahere, & Consilium Imperi-
ale Aulicum omnino teneatur, consuetas feudorum, seu Investitu-
rarum formulas, ideoque etiam hoc in passu novissimas post Re-
cessum de anno 1621 à Divis Imperatoribus Ferdinando III. 1651. &
ipso Augustissimo nostro Leopoldo 1659 adhibitas sine ullâ mutatione
religiosè, & ad litteram sequi. Quod cum factum non sit, sed po-
tius dicta formula clandestinè sub- & obreptitiè ommissa, quo ullo ju-
ris æquique colore, vel prætextu sustinebitur, inde aliquid præjudi-
cii in Serenissimum Adolphum Fridericum redundare potuisse, maxi-
mè cum contra omnia ea, quæ per hanc Investituram, aut ejus
Occasione sibi, suæque familiæ Ducali directè, aut indirectè ullum
præjudicium afferre possint, solennissimè non una sed iteratâ vice
in scriptis protestatus sit.

Quæ quidem protestationes tantò potentius operantur, quan-
tò magis expresso Salvatorio Decreto Cæsareo de 27 Augusti 1693
cautum est: *Dasß die vorgegangene Belehnung / und Auffertigung
der neuen Lehen-Brieffe / und Huldigung der Unterthanen Ihro an
Ihren etwanigen Rechten / und Prætensionen gänzlich und ohne ei-
nigen Nachtheil und Schaden / und die Ausführung dero Ansuchen
durch den schleunigsten Weeg Rechtens zu vollführen / ausdrücklich
reserviret / und vorbehalten seyn solle.*

CAP. VI.

De transactione Lubecensi de Anno 1694.

Sexta quæ adducitur pro palliando jure primogenituræ ratio, quò
minus veri habet, & actorum fidei, eò magis innocentem Sere-
nissimi Ducis Apolphi Friderici percussit animum, quando sc: as-
seritur, quod altera pars anno 1693 ad Investituram admissa, altera
ad processum remissa, posteaque causa amicabiliter composita sit.
Versamur hîc notoriè & unicè in quæstione de Ducatus Gustroviën-
sis successione, & proinde quivis hæc legens existimabit, Serenissi-
mum Adolphum Fridericum de jure suo in Ducatum Gustroviënsem
succeedendi jam transegisse. Tantum autem abest, ut hoc ullo mo-
da factum sit, ut potius ipsa Cammissionis acta demonstrent, ejusmo-
di quid Serenitati Suæ nunquam in mentem venisse. Nam cum
mortuo

mortuo Christiano Ludovico anno 1692. 21. Jun. Dux Fridericus Wilhelmus non solum Ducatum Suerinensem, sed & Principatum Ratzeburgensem occupasset, hunc vero Dominus Dux Adolphus Fridericus II. multis titulis, imprimis testamento paterno jure sibi deberi crederet, quid aliud poterat, quam suis rebus oportune invigilare, & de necessariis rebus, vivente adhuc Serenissimo Gustavo Adolpho, pro interim, & usque dum Successio Gustavoviensis ad eum pertingeret, sibi prospicere? Adeoque conventum est Lubecæ anno 1694. coram Commissione Cæsareâ, ut Præfectura Miroviensis, unâ cum certâ pecuniæ summâ annuatim persolvendâ Serenissimo Adolpho Friderico traderetur, & is vicissim prætensionibus suis Ratzeburgicis renuntiaret, id quod non solum acta Commissionis, & ipsa transactionis clarissima verba satis evincunt, sed & Commissarii Cæsarei, Domini Episcopi Lubecensis velut optimi Interpretis declaratio de dato 6. Septembr. 1694. his verbis comprobatur: *Dasß so viel die in besagtem Vergleich enthaltene Renuntiation anbetreffe/ selbige allerdings nicht weiter extendiret werden könne/ noch müsse/ als die bey Kayserslichen Reichs-Hof-Rath übergebene/ und auff das Fürstenthumb Ratzeburg ex testamento paterno hauptsächlich formirte Klage gehet/ denn auff selbige in dem Känsel. allerhöchsten Rescripto commissorio Wir gewiesen sind/ und also darüber zuschreiten/ oder auch Ew: Lieb: zu einer generalen Renuntiation, zu verbinden Wir niemahlen gemeinet gewesen.* Quid clarius dici potest, aut quid hæc ad Ducatum Gustavoviensem? de quo ne quidē per somnium fuerat cogitatum, aut quæ ratio potuisset movere Serenissimum Ducem Adolphum Fridericum, ut huic successioni renuntiaret? Certè res adeò clara est, ut, quam iniquè & cavillatoriè hæc omnia ad opptimendum innocentissimum Principem à parte Suerinensi sint inventa, res ipsa loquatur, & malam fidem proder.

CVP. VII.

De Judicio Possessorio.

QUOD in Judicio Possessorio pro Friderico Wilhelmo, & contra Adolphum Fridericum salvâ, & illæsâ justitiâ pronuntiari non potuerit, id ex antecedentibus jam satis superque colligi potest, ubi inter alia evidentissime offensum est, quod prætentum illud Jus primogenituræ in Ducatu Meklenburgico sit non ens, & nuda Chimæra, quodque quamdiu Duces Meklenburgici uno plures supersunt, Ducatus in Gustavoviensem & Suerinensem partem debeat manere divisus, in casu vero deficientis unius lineæ successio fieri secundū gradus prærogativam. Cumque omnes Investituræ, domus observantia, & familiæ pacta pro Duce Adolpho Friderico militent, non est dubium, quin possessio, quam de Ducatu Gustavoviensi statim post mortem Gustavi Adolphi vacuum occupavit, sit titulata, legitima, &

omni jure valida, ea vero quam Dux Fridericus Wilhelmus acquirere tentavit, violenta, vitiosa, & ipso jure nulla. Nec dici potest, Adolphum Fridericum hanc possessionem semel obtentam deseruisse, licet eandem in manus Imperatoris postea resignaverit, seu potius deposuerit. Duplex enim causa, ut id faceret, commovit Serenissimum.

Primo defuncti Ducis Gustavi Adolphi erga Sacram Cæsaream Majestatem veneratio. Tantæ enim, tamque notæ fuit pietatis & religionis, ut DEUM & conscientiam suam offendere putasset, si Imperatori suo, vel in minimis obsequia non præstitisset. Proinde, cum ad instantiam Ducis Friderici Wilhelmi Sacra Cæsarea Majestas prædicto Duci Gustavo Adolpho paulò antè eius obitum id sedulo curandum per diversa Rescripta injunxisset, ne possessio Ducatus Duci Adolpho Friderico traderetur, morem quidem gerere voluit, moribundus tamen in litteris ad Imperatorem supra capite 4 memoratis, declaravit: *Daß ob Er zwar nach der guten Wissenschaft / die Ihm von seines Hauses Herkommen / Verträgen / und Umständen beywohnet / sich wolbefugt erachtet / Herrn Herzog Adolph Friderich, als seinen rechtmässigen Erben / und Successorem in die Possession, zusehen / habe Er sich dennoch auß unterthänigstem Respect gegen Ihre Käyserl. Majest. Verordnung / und Befehl solcher Erbinsetzung enthalten / mit unterthänigster und zuversichtlicher Bitte / Ihre Käyserl. Majest. wolten diesem respectueus n Gehorsamb senem Herren Better / Herzoge Adolph Friderich nicht zum Präjudiz und Schaden gereichen lassen / sondern Ihn alsobald nach seinem Tode selbst in die Possession sehen.*

Secundo: fiducia Ducis Adolphi Friderici, quam in pietate, & æquanimitate non minùs religiosissimi sui Imperatoris, quam luculentâ causæ suæ justitiâ habuit positam. Cum enim statim post obitum Gustavi Adolphi omnes actus possessorios legitimè exercuisset, mandatis partim Imperialibus, partim etiam Cæsarei Ministri persuasionibus commotus, ut possessionem in manus Imperatoris ad tempus traderet, eandemque iterum legitimâ juris viâ brevi recuperandam sibi polliceretur, nihil mali suspicatus optimus Princeps non dubitavit, sese voluntati Cæsareæ conformare, hâc tamen protestatione die 26. Nov. 1695. interpositâ: *Daß Sie in allerunterthänigstem Respect gegen Ihre Käyserl. Majest. cum expressâ reservatione competentium es dahin gestellet seyn lassen müsten / dennoch aber Ihrer dabey licito & permissio modo ergriffenen Possession allerdingß inhærieten. Quam protestationem 4 Decembr. ejusdem anni denuo repetiit, & vicissim assecurationem Imperatoriam 28 Novembr. obtinuit: Daß die Begebung der vermeintlich exercirten Actuum Possessoriorum an Ihren Rechten ganz unpräjudicialich sein solle.*

Quâ autem postmodum ratione judicium possessorium tam quoad processum & causæ cognitionem, quam quoad executionem fuerit in-

rit institutum, de eò opus non est, hîc loci verba facere, cum sufficere nobis videatur actorum publicorum fides, & facti notorietas. Quadruplex saltem hic liceat adungere adnotamentum.

Primum est: Quod causa non fuerit sufficienter examinata, adversæ partis acta non communicata, & ipse Serenissimus Adolphus Fridericus debito modo non auditus: prout in scriptis publicis hâc de re multifariam conquestrus est.

Secundum est: Quod Serenissimus Dux nunquam ad decisionem in possessorio submiserit. Tam clara enim, tamque notoria sunt jura domus suæ, & tam alto radicata fundamento, ut ea judiciali cognitioni, & incerto eventui exponere nec opus, nec consuetum esse duxerit. Fecit potius Serenitas sua id, quod debuit: Apprehendit possessionem, & Investituram manutentionemque Cæsaream deiper expetit. Cumque ex postfacto quendam Consiliariorum suorum in possessoriò saltem eventualiter submisisse comperisset, eum tanquam improvidum, & incautum officio solutum, à se dimisit; & quod omnia se incio & invito facta fuerint, publicè testatum fecit, possessioni Ducatûs sui de reliquo inhærendo, & competentia quævis sibi reservando.

Tertium est: quod Dux Fridericus Wilhelmus plus favoris in possessorio obtinuerit, quam ipse vel sperare, aut ab Imperatore expetere potuerit. Convictus enim in conscientia, utrumque Ducatum sine totali statûs Meklenburgo-publici, legumque fundamentalium inversione combinari non posse, partem GUSTROVIENSIS ad fratrem suum, Principem CAROLUM LEOPOLDUM ad minimum pertinere in suâ facti specie contendit. Quod sanè pessimæ causæ sufficientissimum est indicium, ubi cum nulla petendi sufficiens ratio adsit, adhuc id, quod peti debeat, nescitur. Misera tunc naufragorum fors est, quando inter fatales scopulorum anfractus agitati, quo sese vertant, non inveniunt, & CHARYBDIM evitantes in SCYLLAM tandem incidunt. Dum enim unum asseritur, hanc sc: successionem Principi CAROLO LEOPOLDO secundogenito competere, eo ipso necesse est, tolli alterum. nempe jus primogenituræ, & Ducatum combinationem: cum duo contraria simul stare non possint. Quod autem ad jura CAROLI Principis attinet, tantum abest, ut iisdem vel in minimis derogare unquam in animum induxerit Serenissimus Adolphus Fridericus, ut potius pro iisdem conservandi omnem operam, omneque studium fideliter conferre paratus sit: haud immemor, Ducatum Meklenburgicum in præjudicium ejus ejusdemque fratris CHRISTIANI LUDOVICI nati minimi combinari non posse, sed duas separatas partes necessariò durare debere, quamdiu Principes Meklenburgici uno plures vivunt, adeò, ut si aliquando unum saltem Ducem Meklenburgicum in vivis esse, eumque Ducatum utrumque combinare, rerumque summâ solum potiri contingeret, auctâ rursus per Divinâ benedictionem familiâ, filii ejus obligati sint Ducatum in antiquas partes Suerinensem sc: & GUSTROVIENSIS inter se rursus dividere, quemadmodum hoc exemplo HENRICI pinguis ejusque filiorum sufficientissime

tiffimè probatur. Cùmque de amore justitiæ, & sincerâ Ducis Adolphi Friderici intentione Principi Carolo nullum possit superesse dubium, ita vicissim ab eius prudentiâ, ingenuitate & magnanimitate speratur, eundem nihil quidquam, quod observantiæ & pactis familiæ contrarium sit, aut in detrimentum Ducis Adolphi Friderici vergere possit, desideratum fore. Latere quippe eum non potest, in domo Meklenburgicâ insuetum plane ac inauditum esse, proximiorè à remotiore unquam fuisse exclusum, sed constare potius, successione in similibus casibus toties quoties tactam esse secundum gradus prærogativam. Exempla Ducis Balthasar, Ulrici & Caroli Ducum Gustroviensium præ cæteris rem egregiè illustrant, qui omnes fratrum primogenitorum filios à successione excluderunt. Id quod eò minùs dubii habet in præenti casu, cùm Dux Fridericus Wilhelmus ejusq; fratres per rerum naturam plus juris non possint prætere, quam Parens ipsorum Fridericus habuit, aut haberet, si adhuc in vivis esset. Ille enim cum fratre juniore Adolpho sc. Friderico II. (qui ambo septimâ vice duas capitales lineas constituissent) necessario dividere, eique partem Gustroviensem tradere debuisset; quod quidem tantò lubentius fecisset, quo magis eum de combinatione, vel consolidatione Ducatum ne quidem cogitasse unquam constet. Exhibebit ergo sese Princeps Carolus paternæ virtutis, & justitiæ imitatorè, & eadem animi tranquillitate expectabit usque dum, DEO, in cujus manibus dies nostri sunt, sic aliquando volente, ordo succedendi post mortem Ducis Adolphi Friderici ejusque hæredis ad eum pertinet. Gaudebit tunc eòdem integro, & pleno succedendi jure, quo nunc gaudere contendit Dux Adolphus Fridericus; & quemadmodum, tali casu existente idem Princeps Carolus nunquam patietur, vel à fratre primogenito Wilhelmo, excludi, vel fratrem suum juniorem seu tertio genitum sibi suisque decendentibus præferri, ita facillè comprehendet, non magis justum æquumvè fore tale quidpiam in præiudicium Adolphi Friderici nunc velle prætere.

Quartum est: Quod quæstio: An ius primogenituræ in Ducatu Meklenburgico receptum, aut non receptum sit? in iudicio possessorio plane non attentata, immò nec mota quidem fuerit. Id quod, ceu notorium, in confesso non solum est, sed & iustificari contenditur, per allegatam rationem, quod huius quæstionis discussio, & decisio ad iudicium petitorium pertineat. Quam quidem assertionem Dux Adolphus Fridericus tanto lubentius concedit, quo magis ea ipsum iudicium pertinet nullitatis arguit, & convincit. Si enim quæstio de primogeniturâ receptâ, aut non receptâ ad iudicium petitorium pertinebat, quomodo in possessorio definiri poterat id, quod unicè ex capite primogenituræ prætebatur? At vero combinationem Ducatum à parte Suerinensi ex capite primogenituræ unicè præte in propatulo, & confesso est. Adeoque, si ordo processus, & juris genuina principia non subverti, Constitutiones Imperii non infringi, & justitiæ vis inferri non debebat, Dux Adolphus Fridericus, utpote pro quo originaria, & continua domus observantia, omnia

omnia familiæ pacta, omnes Investiturarū litteræ, & generaliter omnia jura militant, in possessione jam legitimè apprehensâ, manutenendus, desuperque investiendus erat; remisso ad petitorium Duce Friderico Wilhelmo, ut prætenfum illud jus primogenituræ, ceu rem altioris indaginis, immò plane novam & insolitam, plenissimè doceat, & iuridice probet-

CONCLUSIO.

Cum itaque ex antè dictis sole meridiano iam clariùs pateat:
(1) Diploma Caroli IV. Imperatoris solùm de incorporatione, & unione Domini Stargardici cum Ducatu Meklenburgico loqui, pro iure autem primogenituræ cavillatoriè allegari. (2) Omnes Investiturarum litteras ab anno 1521, usque ad annum 1692 concessas, omniaque successio- num exempla combinationi Ducatum resistere. (3) Testamentum de anno 1573 ad introducendum ius primogenituræ per se invalidum, & insufficiens ultra intentionem ipsius Testatoris esse explicatum, & ab ipsis eiusdem Nepotibus, quantum ad combinationem anno 1611, esse destructum & annullatum. (4) Pacta familiæ, præcipuè illa de anno 1621 Ducatum combinationi aditum penitus præcludere, & vicissim duplex regimen, duasque domus regnantes in perpetuum stabilire. (5) Litteras Investituræ de anno 1693 esse mutilatas, vitiosas, & invalidas, iura verò successio- nis per Decretum Imperatorium omnimodo salva & integra. (6) Suppositum illud, ac si per transactionem Lubecensem de anno 1694 successio- ni Gustroviensi renunciatum sit, esse planè erroneum, falsum & injuriosum. (7) Judicium possessorium per istiusmodi erronea supposita, nondum perspectâ nec plenè cognitâ rei veritate, esse præposterè institutum, Et, ut generaliter dicam, ex omnibus pro primogeniturâ in medium adductis argumentis ne unicum quidem esse positivum, aut stringens, sed quædam in nudis subtilitatibus, captionibus, & cavillationibus, quædam in falsis, & injuriosis inventis, quædam in puris contradictionibus consistere, & ità invicem comparata esse, ut semper posterius antecedens destruat, ipseque Serenissimus Fridericus Wilhelmus incertus sit, & in suspensio hæreat, an Ducatum Gustroviensem pro se, an pro fratre secundogenito prætere- dere debeat: E contrario autem constat: Notam & generalem regulam: Quod omnes Imperii Ducatus, exceptis Electoratibus, sint necessariæ divi- sioni obnoxia; tamdiu firmam esse, quamdiu contrarium evidentissi- mè non probatur: Deinde Originariam, & nunquam interruptam, trium & dimidii seculorum observantiam, omnia successio- num Gustroviensium exempla, omnes Investiturarum litteras, omnia fami- liæ pacta, jura comunio- nis, & leges domûs fundamentales pro con- servandis duabus lineis, primo scilicet & secundogenitâ militare, a- deò, ut quamdiu Duces Meklenburgici uno plures in vivis sunt, tamdiu Ducatus combinari non possint, sed in casu deficientis lineæ Gustroviensis, linea Suerinensis secundogenita, ejusque caput sine ullâ contradictione succedat, & proximior remotiorem semper ex- cludat:

cludat: Jam vero sufficientissimè porro ostensum, & probatum fit; Caput hujus lineæ secundogenitæ neminem esse alium, nisi Serenissimum Ducem Adolphum Fridericum II; Patrem eius fuisse Adolphum Fridericum I. duos post se relinquentem (reliquis omnibus sine prole iam demortuis) filios prole donatos, Fridericum scilicet Graboviensem, Ducatûs Sverinensis, (quo post eius immaturum discessum iam gaudet Fridericus Wilhelmus filius) hæredem, & Adolphum Fridericum II. Strelizensem quem vocant, unicum superstitem filium posthumum, verum, legitimum, & infallibilem defuncti Gustavi Adolphi in Ducatu Gustroviensî successorem, Optimum Principem, & magnis animi dotibus, heroicisque virtutibus præditum, cuius in DEUM pietas & religio, in Imperatorem amor & veneratio, in Imperium fides, in subditos clementia, in universos justitia, & in se ipso vitæ integritas, veræque virtutis & honestatis constans operatio, omnem invidiam superat, malevolosque suos confundit.

Idcirco Serenitas Sua in DEI OMNIPOTENTIS adiutorium animum erigens, summo sibi iure pollicetur, Sacram Cæsaream Maiestatem pro innatâ suâ clementia, proque insigni pietate, & iustitiâ quâ cunctis terrarum Orbis Imperantibus raro præfulget exemplo, non dedignaturam, inter alias, pro tranquillitate ac salute Imperii paternè susceptas curas, etiam huius gravissimi negotii rationem clementissimè habere, & quæ hîc, quantum fieri potuit, brevibus dicta sunt, gratiosissimè & quâ solet, æquâ mente ponderare. Inveniet Maiestas Sua omnia quæ hîc purissimis manibus congeſta, & innocuo conscientiæ ductu asserta sunt, ceu in iure & facto fundata, ita & non aliter sese habere, adeoque in apertô esse, vix unquam fidum & devotum Imperii Principem durioſorem sortem, & tristiora fata fuisse expertum. Proinde impossibile ratus Serenissimus Dux, reductâ sic è profundis quasi tenebris in lucem meridianam veritate, religiosissimum pariter ac Clementissimum Imperatorem, pietate non comotum iri: firmissimam ex adverso spem fovet & fiduciam, Cæsaream suam Maiestatem afflicto Imperii Principi tandem adjutrices manus gratiosissimè porrecturam, ac Supremâ Imperiali authoritate id effecturam esse, ut iustitiâ sanctè, & quâ decet integritate, administratâ, jura Domûs Meklenburgicæ ab Augustissimis suis Maioribus non minùs, quam ab ipsâ Suâ Cæsareâ Maiestate sanctè hæctenus conservata & confirmata, atq; adeò in præiudicium Serenissimorum Ducum amplius subverti, aut infringi nescia, facta tecta porro conserventur, & Serenissimus ADOLPHUS FRIDERICUS paterno, & avito suo Ducatu Gustroviensî per remedia tam in iure naturali & comuni, quàm ipsis Imperii Constitutionibus sancita, sub auspiciis Imperialibus quietè tandè gaudere queat.

Quod ut eò citiùs & faciliùs ab Imperiali suâ Majestate obtineatur, confidit Serenitas sua, coeteros quoque Imperii Principes, eos præcipuè, quibus causa hæc Meklenburgica penitiùs cognita, quibusque jura principum Imperii non minus curæ cordique sunt, mutuâ intercessione, ope & consiliò allaboraturos, & grave præiudicium, quod aliàs ab unico tristi hoc exemplo ipsis pariter imm nere videtur, omni curâ atque sollicitudine declinaturos esse.



Lit. A.

Lit. A.

Kaiser Caroli V. Lehn-Brieff

de dato Wormbs den 26. May Anno 1521.

Wir Carl der Fünffte von Gottes Gnaden/
Ermöhlter Römischer Kaiser/ zu allen Zeiten
Mehrere des Reichs/ ic.

Wir haben darum mit wohlbedachtem Muthe/ gutem Rathe. und rechtem Wissen/ denselben Herzogen/ Heinrichen und Albrechten Gebrüdern/ und Ihren Lehns-Erben/ die vorbestimmte Ihre Lande/ mit Nahmen die Herzogthum und Herrschaft Mecklenburg/ Stargard/ Werle/ das man nennt das Land zu Wenden/ Rostock/ und die Graffschaft zu Schwerin/ mit allen ihren Zugehörungen/ Zinsen/ Renten/ auff Wasser und Lande/ wie man die mit gemeinlichen und mit sonderlichen Worten benennen mag/ mit allen Gnaden/ Freyheiten und Rechten/ gar nichts außgenommen/ zu rechten gesanten Händen zu Lehn gnädiglich erreicht und verliehen/ und ihnen darzu diese sondere Gnade gethan/ reichen/ verleihen/ und thun diese sondere Gnade von Römischer Kaiserl. Macht/ Vollkommenheit/ wissentlich/ in Krafft dieses Brieffs/ also/ ob Ihr einer von Todes wegen abgehen/ und keine Männliche Lehns-Erben hinter Ihm verlassen würde/ daß des verstorbenen Theil/ Land und Leute an den Lebendigen und seine Erben gefallen und kommen solle/ als offte das bey Uns oder Unsern Nachkommen am Reiche zufallen kombt/ und dieselbe ihre Lande und Leute/ Herzogthum/ Herrschaft und Graffschaft sollen allezeit bey Ihnen und Ihren Lehns-Erben in ungeschiedenem Lehn bleiben; (Hätten sich auch die obbenannte Unsere liebe Oheime mit etlichen Ihren Landen von einander gesezt und getheilet/ oder solches hinführo thun würden/ daß soll Ihnen und Ihren Lehns-Erben an Ihren gesanten Händen keinen Schaden bringen/) sondern dieselbe Ihre Fürstenthum/ Herrschaft/ Land und Leute/ sollen allzeit nach Väterliches Stammes-Linien/ und darnach von einem an dem andern kommen und fallen/ gleicher Weise/ als ob sie von einander nicht gesezt noch getheilet gewesen wären/ ohne alles Gefährde.

Hæc omnia
sunt ex li-
teris Inve-
stiturae de
anno 1693
teste Lit. H.

Wir haben Ihnen auch von sonderlichen Unsern Kaiserl. Gnaden/ alle und jegliche Ihre Fürstenthum/ Herrschaft/ Herrlichkeit/ Lehnschaft/ Recht/ Handveste/ Gnade/ Freyheit/ Brieffe/ Privilegia, gute Gewohnheit und Herkommen/ die sie von Veyland Unsern Vorfahren Römischen Kaiser/ Königen/ Uns und dem Heil. Reiche erworben/ und redlich herbracht haben/ gnädiglich erneuert/ confirmiret und bestättiget.

Erneuern/ confirmiren und bestättigen ihnen/ die auch von obberührter Römischer Kaiserl. Macht/ Vollkommenheit/ in Krafft dieses Brieffs/ und meynen/ setzen und wollen/ daß Sie und Ihre Lehns-Erben und fürbass hin bey solchen vorbestimmten Ihren Fürstenthumen/ Herrschaften/ Herrlichkeiten und Lehnschaften/ als obgeschriben stehet/ geruhiglich bleiben/ der auch gebrauchen/ nützen/ niessen sollen und mögen/ von allermänniglich unverhindert

H

Lit. B.

Lit. B.

Kaiser Ferdinandi I. Lehn-Brieff

de dato Augspurg den 24. May Anno 1559.

Wir Ferdinand von Gottes Gnaden/ Erwählter Römischer Kaiser/ zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / ꝛ.

Wir haben darumb mit wolbedachtem Muthe/ gutem Rath/ und rechtem Wissen/ denselben Herzog Johans Albrechten und Ulrichen zu Mecklenburg/ für sich selbst/ und als Lehn-Trägern Ihrer minder-jährigen Brüder/ Christoffern und Carln/ Herzogen zu Mecklenburg/ und Ihren Lehns-Erben/ die vorbestimmte Ihre Lande/ mit Nahmen/ die Herzogthum und Herrschafft Mecklenburg/ Stargard/ Werle/ das man nennet das Land zu Wenden/ Rostock/ und die Graffschafft zu Schwerin/ mit allen ihren zugehörungen/ Zinsen/ Renten/ auff Wasser und Lande/ wie die mit gemeinlichen und sonderlichen Worten benennet werden mag/ mit allen Gnaden/Freyheiten und Rechten/ gar nichts außgenommen/ zu rechten gesamtten Händen / zu Lehn gnädighen verreichet und verlichen.

Und Ihnen dazu die sündere Gnade gethan/ reichen/ verleihen/ und thun diese sündere Gnade von Römischer Kaiserl. Macht/ Vollkommenheit/ wissentlich/ in Krafft dieses Brieffes/ also/ ob ihrer einer von Todes wegen abgehen/ und keine Männliche Lehns-Erben hinter Ihme verlassen würde/ daß dann des verstorbenen Theil/ Land und Leute an den Lebendigen/ und seine Erben fallen und kommen sollen/ als oft das bey uns/ oder Unsern Nachkommen am Reich zufallen kommt/ und dieselbe Ihre Land und Leute/ Herzogthum/ Herrschafft und Graffschafft sollen allezeit bey Ihnen und Ihren Lehns-Erben in ungeschiedenem Lehn bleiben.

Hæc omnia
sunt anno
1569. sub
Lit. H.

(Hätten sich auch die obgenannte Unsere Iebe Oheime mit etlichen Ihren Landen von einander gesetzt und getheilet/ oder solches hinfürter thun würden/ das soll Ihnen und Ihren Lehns-Erben an Ihren gesamtten Händen keinen Schaden bringen/) sondern dieselben Ihre Fürstenthum/ Herrschafft/ Land und Leute sollen allezeit nach Väterlichen Stammes-Linien/ und darnach von einem an den andern kommen und gefallen/ gleicher Weiß/ als ab sie von einander nicht gesetzt/ noch getheilet gewesen wären/ ohn alles Gefährde.

Wir haben ihnen auch von sonderlichen Unsern Kaiserl. Gnaden/ alle und jegliche Ihre Fürstenthum/ Herrschafft/ Herrlichkeit/ Lehnshafft/ Recht/ Handveste/ Gnade/ Freyheit/ Brieffe/ Privilegia, gute Gewohnheit und Herkommen/ die sie von Veyland unsern Vorfahren/ Römischen Kaisern/ Königen/ Uns/ und dem Heil. Reich erworben/ und redlich herbracht haben/ gnädighen erneuert/ confirmirt und bestättiget/ erneuren/ confirmiren und bestättigen Ihnen die auch von obberührter Römischer Keyserl. Macht/ Vollkommenheit in Krafft dieses Brieffes/ und meinen/ setzen und wollen/ daß Sie und Ihre Lehns-Erben/ nun fürbaßhin bey solchen vorbestimmten Ihren Fürstenthümen/ Herrschafften/ Herrlichkeiten und Lehnshaffen/ als obgeschriben stehen/ geruhiglich bleiben/ der auch gebrauchen/ nützen und gemessen sollen und mögen/ von allermänniglich unverbindert.

Lit. C.

Käyser's Maximiliani II. Lehn-Brieff

de dato Wienn den 6. Julij Anno 1565.

Wir Maximilian der Funder von Gottes Gnaden/
erwöhlter Römischer Käyser/ zu allen Zeiten
Mehrere des Reichs/ 2c.

Wird darum mit wohlbedachtem Muth/ gutem Ruth/ und rechtem Wissen/
denselben Johans Albrechten und Ulrichen Gebrüdern/ Herzogen zu Meck-
lenburg/ 2c. für sich selbst/ und als Lehn-Träger/ obgenanter Ihrer Gebrüder/
Cristoffern und Carln/ Herzogen zu Mecklenburg/ 2c. und Ihren Lehns-Erbē/
die vorbestimte Ihre Lande/ mit Nahmen die Herzogthum und Herrschafft
Mecklenburg/ Stargard/ Werlde/ das man nennet das Land zu Wenden/ Ro-
stock und die Graffschafft zu Schwerin/ mit allen ihren Zugehörungen/ Zinsen/
Renten/ auff Wasser und Lande/ wie die mit gemeinlichen und sonderlichen Wor-
ten genennet werden mögen/ mit allen Gnaden/ Freyheiten und Rechten/ gar
nichts außgenommen/ zu rechten gesanten Händen zu Lehn gnädiglich gereicht
und verliehen/ und Ihnen dazu diese sondere Gnade gethan/ reichen/ verleihen/
und thun Ihnen diese sondere Gnad von Römischer Käyserl. Macht/ Vollkom-
menheit/ wissentlich in Krafft dieses Brieffes: Also ob Ihr einer von Todes
wegen abgehen/ und keine Männliche Lehns-Erben hinter Ihme verlassen wür-
de/ daß alsdann des verstorbenen Theil/ Land und Leute an den Lebendigen und
seine Lehns-Erben kommen und fallen sollen/ als oft das bey Uns oder Unfern
Nachkommen am Reiche zufallen kommt/ und dieselbe Ihre Land und Leute/ Her-
zogthum/ Herrschafft und Graffschafft/ sollen allezeit bey Ihnen und Ihren
Lehns-Erben in ungeschiedenem Lehn bleiben: (Hätten sich auch die obgenand-
ten Unsere liebe Dheime mit etlichen Ihren Landen von einander gesetzt oder ge-
theilet/ oder solches hinführo thun würden/ daß soll ihnen und Ihren Lehns-Er-
ben an Ihren gesanten Händen keinen Schaden bringen/ sondern dieselbe Ihre
Fürstenthum/ Herrschafft/ Graffschafft/ Land und Leute/ sollen allezeit nach Bät-
terliches Stammes-Linien/ und darnach von einem auff den andern kommen und
fallen/ gleicher Weise/ als ob Sie von einander nicht gesetzt noch getheilet gewes-
sen wären/ ohne alles gefahrde.

Wir haben auch der obgenandten Herzogen zu Mecklenburg/ 2c. Ge-
brüdern/ von sondern Unfern Käyserl. Gnaden alle und jegliche Ihre Fürsten-
thum/ Herrschafft/ Herrlichkeit/ Lehnschafft/ Rechte/ Handveste/ Gnad/ Frey-
heit/ Briefle/ Privilegia, gute Gewohnheit und Herkommen/ so Sie von Weyl-
Unfern Vorfahren/ Römischen Käysern/ Königen/ Uns/ und dem Heil. Reiche
erworben und redlich herbracht haben/ gnädiglich erneuert/ confirmiret und be-
stättiget/ erneuern/ confirmiren und bestättigen die auch hiemit von obberührter
Unserer Käyserl. Macht/ Vollenkommenheit/ wissentlich in Krafft dieses Brief-
ses/ und meynen/ setzen und wollen/ daß Sie und Ihre Lehns-Erben nun hin-
führo bey vorbestimten ihren Fürstenthümen/ Herrschafften/ Herrlichkeiten
und Lehnschafften/ als ob geschrieben stehet/ geruhiglich bleiben/ derselben ge-
brauchen/ nutzen und genieffen sollen und mögen/ von jedermänniglich unvers-
hindert.

Hæc omilla
sunt anno
1565. teste
Lit. H.

Lit. D.

Kaiser Rudolphi II. Lehn-Brieff

de dato 16. Julij Anno 1578. b 5b

Wir Rudolph der Ander von Gottes Gnaden/
Erwählter Römischer Kaiser zu allen Zeiten
Mehrere des Reichs/ 2c.

Und darum mit wolbedachtem Muth/ gutem Rath und rechten Wissen/
demselben Ulricheu Herzogen zu Mecklenburg/ 2c. für sich selbst/ und in
Vormundschaft gedachter seiner minoerjährigen Vettern/ Herzog Johans
Albrechten Söhnen/ Johans und Sigismunden Augusten, und als derselben und
anderer jetztlebenden Herzogen zu Mecklenburg Lehn-Träger und ihren Lehns-
Erben/ die vorbestimmte ihre Lande/ mit Nahmen die Herzogthum und Herr-
schaft Mecklenburg/ Stargard/ Werle/ daß man nennet das Land zu Wenden/
Rostock und die Graffschaft zu Schwerin mit allen Ihren Zugehörungen/ Zin-
sen/ Renten/ auff Wasser und Lande/ wie die mit gemeinlichen und sonderliche
Worten genennet werden mögen/ mit allen Gnaden/ Freyheiten und Rechten/
gar nichts aufgenommen/ zu rechten gesanten Händen zu Lehn gnädiglich ge-
recht und verliehen/ und ihnen dazu diese sondere Gnade gethan/ reichen/ ver-
leihen und thun ihnen diese sondere Gnade von Römischer Kaiserl. Macht/
Vollkommenheit/ wissentlich in Krafft dieses Brieffs/ also/ ob Ihr einer von
Todes wegen abgehen/ und keine Männliche Lehns-Erben hinter ihm verlassen
würde/ daß alsdann des verstorbenen Theil/ Land und Leute an den Lebendigen
und seine Lehns-Erben kommen und fallen sollen/ als oft das bey Uns/ oder
Unsern Nachkommen am Reiche zu fallen kommt/ und dieselbe Ihre Land und
Leute/ Herzogthum/ Herrschaft und Graffschaft sollen allezeit bey ihnen und
ihren Lehns-Erben in ungeschiedenen Lehn bleiben: (Hätten sich auch der ob-
genannt Unser lieber Oheim/ Herzog Ulrich/ und sein Bruder Herzog Johans
Albrecht/ oder gedachte seine Söhne Herzog Johannes und Sigismundus Augu-
stus/ oder andere Herzogen zu Mecklenburg/ mit etlichen ihren Landen von ein-
ander gesetzt oder getheilet/ oder solches hinführo thun würden/ daß soll ihnen
und ihren Lehns-Erben/ an Ihren desanten Händen keinen Schade bringen/)
sondern dieselbe Ihre Fürstenthum/ Herrschaft/ Graffschaft/ Land und Leute/
sollen allezeit nach Väterliches Stamms-Linien/ und darnach von einem an
den andern kommen und fallen/ gleicher Weise als ob sie von einander nicht
gesetzt noch getheilet gewesen wären/ ohne alles Gefährde.

Hæc omnia
sunt in
Extracta
sub Lit. H.

Wir haben auch den obgenannten Herzogen zu Mecklenburg/ Vettern und
Gebrüder von sondern Unsern Kaiserl. Gnaden alle und jegliche/ Ihrer Für-
stenthum/ Herrschaft/ Herrlichkeit/ Lehnschaft/ Recht/ Handveste/ Gnade/
Freyheit/ Brieffe Privilegia, gute Gewohnheit und Herkommen/ so sie von Vorf-
unsern Vorfahren/ Römischen Kaisern/ Königen/ Uns und dem Heil. Reiche
erworben und redlich hergebracht haben/ gnädiglich erneuert/ confirmiret und be-
stätigt/ erneuren/ confirmiren und bestättigen die auch hiemit von obberührter
Unser Kaiserl. Macht/ Vollkommenheit wissentlich und Krafft dieses Brieffs:
Und meinen/ setzen und wollen/ daß sie und ihre Lehns-Erben nun hinführo bey
vorbestimmten Ihren Fürstenthumen/ Herrschaften/ Herrlichkeiten/ und Lehn-
schaften/ als obgeschrieben stehet/ geruhiglich bleiben/ derselben gebrauchen/ müs-
sen und genießen sollen und mögen/ von allermänniglich unverbindert.

Lit. E.

Lit. E.

Kaisers Ferdinandi II. Lehn-Brieff

de dato Wienn den 9. Julii

1621.

Echorfamst zu erkennen gegeben (was massen Ihr Ebd: Ebd: auß hochwichtigen Sie dazu bewegenden Ursachen/Brüderlich sich vereiniget/ dero Ihnen von **GOTT** gegebene anererbte Fürstenthum/ Land und Leute/ zu gleichen halben Theilen von einander zusetzen/ und Wir dann weder vorgemeldten Herzogen zu Mecklenburg/ noch andern Fürsten und Ständen des Reichs/ in der gleichen Fürstenthümer und Landes Abtheilung Verhinderung oder Eintrag zuthun/ oder in der Communion zu erhalten/ nicht/ sondern dabey vielmehr zu manuteniren gemeinet; Als lassen Wir es/ so viel solche Landes-Theilung an sich selbst betrifft/ auch Unsers Theils billig dabey bewenden/) und Ihnen dazu diese sondere Gnade gethan/ reichen und verleihen/ und thun Ihr Ebd: Ebd: diese besondere Gnade von Röm: Käyserl. Macht/ Vollkommenheit/ wesentlich in Krafft dieses Brieffes: Als/ ob einer auß obbesagten beyden Gebrüdern von Todes wegen abgehen/ und keine Männliche Lehns-Erben hinter Ihm verlassen würde/ daß alsdenn des Verstorbeneden Theil/ Land und Leute/ an den Lebendigen und seine Lehns-Erben kommen und fallen sollen/ als oft das bey Uns oder Unsern Nachkommen am Reiche zufällig kömmt/ und dieselbe Ihre Land und Leute/ Herzogthum/ Herrschafft und Graffschafften sollen allezeit bey Ihnen und Ihren Lehns-Erben in ungeschiedenen Lehen bleiben; (Würden sich auch die obgenandte Adolph Friderich und Hans Albrecht, Herzoge zu Mecklenburg/ entweder mit allen oder etlichen Ihren Landen von einander setzen oder theilen/ daß soll Ihnen und Ihren Lehns-Erben an Ihren gesamtten Händen keinen Schaden bringen/) sondern dieselbe Ihre Fürstenthümer/ Herrschafft/ Graffschafften/ Land und Leute sollen allezeit/ nach Vaterlichen Stammes Linien/ und darnach von einem an den andern kommen und fallen/ gleicher Weise als ob Sie von einander nicht gesetzt oder getheilet wären. Ohne alles Gefährde.

De hac recessus divisionis confirmatione in extracto sub Lit. H. nec vola reperitur nec vestigium.

anno 1621
omissis sunt
omnes
et c.

Hæc etiam ommissa sunt anno 1693. teste Lit. H.

I

Lit. F.

Kit. F.

Kaisers Ferdinandi III. Lehn-Brieff

de dato Wienn den II. Martij

1651.

Wir Ihnen dazu diese sonderere Gnade gethan/ reichen und ver-
leihen/ und thun J. J. Ebd: Ebd: diese sonderere Gnade/ von Röm:
Kaiserl. Macht/ Vollkommenheit/ wissentlich in Krafft dieses Brieffes:
Als ob einer auß obbesagten beyden Gevettern von Todes wegen
abgehen/ und keine Männliche Lehns-Erben hinter Ihm verlassen
würde/ daß alsdenn des Verstorbenen Theil/ Land und Leute/ an
den Lebendigen und seine Lehns-Erben kommen und fallen sollen/
als oft das bey Uns oder Unsern Nachkommen am Reiche zufäl-
lig kommt/ und dieselben Ihre Land und Leute/ Herzog- und Für-
stenthümer/ Herrschafft- und Graffschafften sollen allezeit bey
Ihnen und Ihren Lehns-Erben in ungeschiedenen Lehen bleiben.
(Inmassen dann auch/ die von Sr. Herzog Adolph Friderichen,
und Weyland Hans Albrechten, Gebrüder/ Herzogen zu Meck-
lenburg Lieb: Lieb: / Vermöge des den 3 Martii Anno 1621. zu
Güstrau verfasseten Theil-Recess und NB. Erb-Vertrages/ vor-
genommene/ und von Unserm Herrn und Vatter Selz Herrn Fer-
dinando dem Andern/ Röm. Kaiser/ &c. &c. in jüngst außgegebe-
nen Lehn-Brieffe/ confirmirte (NB.) Erbtheilung Ihrer Lande/
Ihnen und Ihren Lehns-Erben an Ihren gesanten Händen kei-
nen Schaden bringen/) sondern dieselbe Ihre Herzogthume /
Fürstenthümer/ Herrschafft/ Graffschafften/ Land und Leute/ sollen
allezeit nach Väterlichen Stammes-Linien/ und darnach von dem
einen andern komen und fallen/ gleicherweise als ab Sie von einan-
der nicht gesetzt noch getheilt gewesen wären. Ohne alles Gefährde.

Hæc omiffa
sunt anno
1693. teste
Lit. H.

Lit. G.

Lit. G.

Käyser's Leopoldi I. Lehn-Brieff

de dato Wienn den 17. Junij 1659.

**Wir Leopold von Gottes Gnaden/ Erwähl-
ter Römischer Käyser/ zu allen Zeiten
Mehrere des Reichs/ 2c.**

Wird darum mit wolbedachtem Muth/ gutem Rath/ und rechtem Wissen / demselben Gustaff Adolphem/ Herzogen zu Mecklenburg und dessen Leibes- Erben/ die vorbestimte Ihre Lande/ mit Nahmen die Herzogthume und Herrschafften Mecklenburg/ Stargard/ Werle/ das man nennet das Land zu Wenden/ Rostock und die Graffschafft zu Schwerin/ mit allen ihren Zugehörungen/ Zinseu/ Renten/ auff Wasser und Lande/ wie die mit gemeinen und sonderlichen Worten genannt werden mögen/ mit allen Gnaden/ Freyheiten und Rechten/ gar nichts außgenommen/ zu rechten gesamtten Händen zu Lehn gnädiglich gereicht und verliehen/ und Ihnen dazu diese sondere Gnade gethan/ reichen/ verleihen/ und thun Ihr Liebde: diese sondere Gnade von Rom: Käyserl: Macht/ Vollkommenheit/ wissentlich in Krafft dieses Brieffes/ also/ ob einer auß den obbesagten Gewettern von Todes wegen abgehen/ und keine Männliche Lehns- Erben hinter ihme verlassen würde/ daß als dann des Verstorbenen Theil/ Land und Leute/ an den Lebendigen und seine Lehns- Erben kommen und fallen sollen/ als oft das bey Uns oder Unsern Nachkommen am Reich zufallen kömmt/ und dieselbe Ihre Land und Leute/ Herzog- und Fürstenthümer/ Herrschafft und Graffschafften sollen allezeit bey Ihnen und Ihren Lehns- Erben in ungeschiedenem Lehn bleiben.

(Immassen dann auch die/ von Weyl: Herzog Adolph Friedrichen/ und Hans Albrechten Gebrüder/ Herzog zu Mecklenburg Lbd: Lbd: des den 3. Martij Anno 1621. zu Güstrau verfasseten Theil-Recels und Erb-Vertrages/ vorgenommene/ und von höchstermeldtem unserm Herrn und Vattern seel: Herrn Ferdinand dem III. Röm: Käyser in jüngst außgegebenen Lehn-Brieffe confirmirte Erbtheilung ihrer Lande/ Ihnen und Ihren Lehns- Erben an Ihren gesamtten Händen keinen Schaden bringen/) sondern dieselbe/ Ihre Herzog- Fürstenthümer/ Herrschafft/ Graffschafft/ Land und Leute/ sollen allezeit nach Väterliche Stammes- Linien/ und darnach von einem auff den andern kömen und fallen/ gleicher Weise/ als ob Sie von einander nicht gesezet/ noch getheilet/ gewesen wären/ ohne alles Gefährde.

Wir haben auch dem obgenannten Herzog Gustaff Adolphem zu Mecklenburg von sondern Unserm Käys. Gnaden nicht allein obangezogenen den 3. Martij Anno 1621. gemachten Brüderlichen Erb- Theilungs- Recels und Vertrag in allen seinen Punkten und Clauseln, sondern auch alle und jede seine Herzog- Fürstenthümer- Graff- und Herrschafft/ Herrlichkeit/ Lehnschafft/ Recht/ Handveste/ Gnade/ Freyheit/ Brieffe/ Privilegia, gute Gewohnheit und Herkommen/ so er von Weyl: Unsern Vorfahren/ Röm: Käysern/ Königen/ Uns/ und dem Heil. Reiche erworben/ und redlich herbracht/ gnädiglich erneuert/ confirmiret und bestättiget/ erneuern confirmiren und bestättigē auch die hiemit von obberührter Unser Käys. Macht/ Vollenkommenheit/ wissentlich/ und in Krafft dieses Brieffes/ und meynen/ setzen und wollen/ daß Er und seine Lehns- Erben nun hinführo bey Ihren vorbestimten Herzog- Fürstenthümen/ Graff- und Herrschafften/ Herrlichkeit und Lehnschafften/ als obgeschriben stehet/ geruhiglich bleiben/ derselben gebrauchen/ nutzen und genießten sollen und mögen/ von allermäßig unversehrt.

Hæc omisa
sunt anno
1693. teste
Lit. H.

Lit. H.

EXTRACT **Lehn-Brieffes**/
Welchen Sr. Friderich Wilhelm, Herzog zu Mecklenburg
Schwerin den 26 Augusti Anno 1693. sub & obreptitiè
erhalten.

Verleihen und thun J. Liebdt: diese sondere Gnade von Römif. Käyfel. Macht/ Vollkommenheit/ wiffentlich/ in Krafft dieses Brieffes/ also/ ob einer auß den obbesagten beeden Gewettern von Todes wegen abgehè/ und keine Mäfiliche Leibens-Erben hinter Ihm verlassen würde/ daß alsdann deß Verstorbenen Theil/ Land und Leute an den Lebendigen/ und seine Lehns-Erben kommen und fallen sollen/ als oft das bey Uns/ oder Unsern Nachkommen am Reich zufallen kommt/ und dieselbe Ihre Land und Leute/ Herzog- und Fürstenthum/ Herrschafft und Graffschafft sollen allezeit bey Ihnen und Ihren Lehns-Erben in ungeschidenem Lehen bleiben.

NB. Hic notabilis illa omiffio facta est, quod ex collatione harum Litterarum cum antecedentibus apparet.

Sondern dieselbe Ihre Herzog-Fürstenthume/ Herrschafft/ Graffschafft/ Land und Leute sollen allezeit nach Väterlichen Stammes-Linien/ und darnach von einem an den andern kommen und fallen/ gleicherweise als ob sie von einander nicht gefeket noch getheilet gewesen wären/ etc.

NB. Hic Extractus per Registratorem Cancellariæ Imperialis Andræam Virgilium Göpfert von Schwänefeld/ sub sigillo tuit communicatus, integra vero Litterarum copia in hunc usq; diem denegata: & mirandum sanè immò inauditum est, Principi Imperii præsertim totius suæ familiæ Seniori Litteras Investituræ integras, domum suam principalissimè concernentes, denegare velle. Cumque hõc modò ignoretur, quis sit verus integrarum litterarum sensus & tenor, & an præter essentialem illam, necessariæ divisiones Ducatum confirmatoriam clausulam è medio (uti iamiam indigitatum) penitus sublatam, antecedentia & sequentia etiam sint omiffa, an vero mutata & mutilata, aut insuetis formulis clausulisvè in præjudicium Ducalis familiæ interpolata; quorum unum vel alterum necessariò præsumitur, aliàs enim copia litterarum integra non fuisset denegata, & aliàs Dux Fridericus Wilhelmus ansam ex hilce litteris combinationem Ducatum prætendendi non arripuisset. Idcirco Serenissimus Adolphus Fridericus de omnibus iis, quæ circa hanc Investituram contra communia Juris feudalis principia, contra Constitutiones Imperii, & Domus Meklenburgicæ jura, innovata, & sine prævia, summè necessariâ, & omnino debita communicatione nulliter gesta sunt, sollennissimè protestatus est, jura Ducalis suæ Domûs omnimodo illæsa, & integra sibi reservando.




Nr 901.
4^o

ULB Halle 3
006 699 12X



M



et/ daß auch Wir Uns / nach
zwischen Euer Königl.lichen
Herzogs Friderich Wil-
richterer Haupt- und Neben-



2

JURA SUCCESSIONIS
IN
DUCATUM
MEKLENBURGO-
GUSTROVIENSEM

Serenissimo

ADOLPHO
FRIDERICO

II.

DUCI MEKLENBURGICO

Competentia,

AB

Impugnationibus, Strophis, cavillis,
falsisque suppositis Adverla-
riorum,

*Quibus oppressâ veritate, publico non minùs quàm ipsi excelso Consilio
Imperiali Aulico hætenus obreptum,
vindicata.*

ANNO O. R. M. D. CC.

